IN

ETHICORVM ARISTOTELIS LIBRVM V.


Commentaria absolutissima,

Quibus omnia eiusdem Philosophi præcepta, nedum ad leges & constitutiones Iustiniani, nec non canonum exiguntur, sed exemplis illustrata ad rationis & æquitatis limites reuocantur, cum necessaria multarum quæstionum eodem pertinentium decisione.

OPVS PLANE NOVVM ET PRO CONCORDI IVrisprudentiæ atque Philosophiæ interpretatione nedum vtilissimum, sed etiam necessarium:

AVCTORE

CLARISSIMO VIRO PETRO GILKENIO I.V.D. IN FLOrentissima Ducatus Franconiæ & Wirceburgensis ciuitatis Academia Codicis ordinario Professore & S.C.Consiliario.

M D  C V.

PROSTAT

In Nobilis Francofurti Paltheniano.




Ad Lectorem. In Librum quintum Ethicorum.



VM omnibus cuiusq; facultatis interpretibus nihil antiquius esse debeat, quam vt vera expositionis luce, deinde etiam scriptorum, quæ singula plenius complecterentur, editione, deniq; cōgruenti aliarū scientiarū applicatione, ingenuorum adolescentiū studia prouehere possent: alienū ab huiusmodi cogitatione videri debet, ita suæ disciplinæ merita tradidisse, vt eodem tendentiū scientiarū subsidia, aut negligantur, aut, quod pernitiosius est, temere in contemptū vocentur. Qua de caussa cum apud multos ciuilis facultatis studiosos, alienissimam a proposito recte proficiendi persuasionem inualuisse animaduerterem, vt salutaria Philosophiæ instituta, deinde omnibus scientiis & doctrinis destinata præcepta, parū momenti circa perfectam iuris cognitionem facere arbitrarentur, & contra nonnullos existere, qui vnam Philosophiam ad quęuis iuris nostri ænigmata soluenda, ambigua facta caussarum dirimenda, lapsa erigenda, fatigata reparanda, & laborantium vitam, existimationem, fortunas omnes, erudita, & legibus debita peroratione, in tuto collocanda, sufficere existimarent, constitui me ex dignitate tam sublimis & arduæ scientiæ, nec non pro concordi inclytæ

Philosophiæ coniunctione, facturũ esse, si, ad tollendum tam pernitiosum errorem, in gratiam studiosæ iuuentutis singula libri quinti Ehicorum capita ad nostri iuris responsa, Imperatorum rescripta, Ecclesiæ canones atque decreta, ita reuocarem, vt quoad fieri posset, conciliationi vtriusque scientiæ studerem, & quæ obscura atque ambigua occurrerent, idoneis exemplis accommodatis illustrarem. In quibus autem componendi certaminis aut repugnantiæ nulla daretur occasio, comparatis vtriusq; disciplinæ rationibus, quæ iustiora arma induisset, ob oculos proponerem. Paratus idem etiam in aliis Ethicorum libris facere, nisi me professionis meæ, & adiunctæ functionis occupationes, tum etiam illa consideratio, quod præcipua quæque eodem trãslata animaduerterem, huiusmodi consilium repudiare coegissent. Non inuideo igitur si alius, cui plus est otii, & liberi temporis huius laudis hereditatem cernat, vt nedum Ethica, verum etiam totius philosophiæ præcepta, quæ aliqua ratione ad iurisprudentiæ causam accommodari possent, legum & canonum auctoritate fulciat, vt huiusmodi suffragio commendata, indubitatiora esse possint. Quod si, integerrime lector, hoc meum consilium tibi, vt confido, probari animaduertam, tanto alacriorem me hæc tui iudicii censura redditura est, ad similes labores capessendos, Vale. Datæ Wirceburgi die 18. Martii, Anno 1605.

ENAR-



ENARRATIO IN ETHICORVM ARISTOTELIS, STAGIRITÆ AD NICOMACHVM,

Libri quinti,

CAPVT PRIMVM.

De iustitia & iniustitia vniuersali.

SVMMARIA.

1 *Omnis virtus in mediocritate consistit, item, & iustitia.*
2 *Differentia inter fortitudinem, præsidentiam & timiditatem.*
3 *Vitæ discrimen non temere adeundum est, sed cum res ipsa hoc exigit.*
4 *Boni principis atq; iudicis, non est de fide vel iustitia per metum quid remittere.*
5 *Liberalitatis effectus & officia.*
6 *Inhumanum esse a nemine accipere, passim vilissimum, omnia auarissimum.*
7 *In largiendo ætas atq; debilitas eius, cui quid tribuitur, nec non aliæ circumstantiæ ponderandæ sunt.*
8 *Magnificentiæ vis, & comparatio eius, cum indecora impendendi insolentia, & nimia parsimonia.*
9 *Varia magnificentiæ exempla.*
10 *Honores, qui conueniant, appetendi, & omnis ambitio fugienda.*
11 *Honoris plurimum illi deferendum, qui virtute inter ceteros excellat.*
12 *Magistratus auctoritatem suæ personæ tueri debet.*
13 *An idem in priuato etiam locum habeat.*
14 *Comparatio clementiæ, cum ira & lentitudine.*

AA

15 Veritatem inter simulationem & dissimulationem medium obtinere.
16 Varia simulationis & dissimulationis exempla.
17 Officia vrbanitatis, scurrilitatem, & rusticitatem iure nostro improbari.
18 Amicitiam inter adulationem, & morositatem, conueniens temperamentum continere.
19 Qua ratione iustitia medium dicatur.
20 Iustitia distributiua versatur circa honores.
21 Commoda communia, item & pœnas, & qua ratione.
22 Descriptio iustitiæ secundum Aristotelem.
23 Definitio Vlpiani.
24 An iustitia sit voluntas?
25 Omnes virtutes esse habitus morales, quibus probe vel male affecti sumus in perturbationibus.
26 An iustitia sit idea ex doctrina Platonis.
27 Bene velle sine bonis operibus non sufficere.
28 Non satis esse, quod quis ius suum cuiq; tribuat, nisi & honeste viuat, atque neminem lædat.
29 Definitio debet conuerti cum suo definito.
30 An ius a iustitia nascatur?
31 An aliquid sit perpetuum?
32 In nulla definitione superflua inculcanda esse.
33 Iustitiæ præcepta sæpe mutari.
34 An, dignis bona, & indignis mala, debeantur.
35 Quod operatur propositum in proposito, idem præstat oppositum in opposito.
36 Comparatio definitionis iustitiæ ab Aristotele traditæ, & a Iurisconsulto Vlpiano.
37 Quæ sit propria forma iustitiæ.
38 Difficultates, quæ versantur circa descriptionem Aristotelis.
39 Definitio iustitiæ ex Cicerone.
40 Omnem definitionem ex genere & forma regulariter constare.
41 Leges omnes perspicuis verbis proponi debere.
42 Æquipollentium idem esse iudicium.
43 An Iurisconsulti spectarint iustitiam per se, an vero vt exercitatione comparata est.
44 Habitum, quamuis difficulter, moueri tamen.

45 Con-

45 *Consideratio nominalium.*
46 *Certas imagines virtutum in mente diuina inhærere.*
47 *Quando illa appareant in hominibus.*
48 *Omnia bona ad Deum referenda.*
49 *Sententia Senecæ.*
50 *Deum non esse affectionibus humanis obnoxium.*
51 *Quomodo Deus dicatur velle aut nolle.*
52 *Ex qua caussa Iurisconsulti dicantur sacerdotes iustitiæ.*
53 *Leges Deo semper accepto latas esse.*
54 *An Vlpianus de iustitia, quæ Christiano conueniat, cogitare potuerit.*
55 *An Legislatorum sit disserere de iustitia cœlesti.*
56 *An definitio Vlpiani de habitu moribus quæsito, intelligi possit.*
57 *Sentententia Picolominei, omnes virtutes earumq; actiones in vnum conspirare.*
58 *Quomodo iustitia dicatur voluntas.*
59 *Voluntatem cum affectu intelligendam esse.*
60 *Innumera esse vocabula, quæ in significando & prædicando generis & speciei munus sustinere possint, idq; exemplis illustratur.*
61 *Multa verba ex æquiuoca significatione varia designare & complecti.*
62 *Quædam vocabula modo caussam, modo effectum designant.*
63 *Verba, ius suum vnicuique tribuere, generaliter in definitione accipienda esse.*
64 *Homines non solum sibi sed & patriæ nasci.*
65 *Iuris multiplicem esse significationem.*
66 *Ius aliquando idem significare, quod iustitia, modo vero effectum eius designare, & qua ratione id fiat.*
67 *Iustitiam tribus modis dici perpetuam.*
68 *Iustitiam pro Dea cultam fuisse.*
69 *Per aptitudinem & surrogationem multa intelliguntur, esse perpetua.*
70 *Non debere nos spectare, quid fiat, sed quid fieri aut inesse debeat.*
71 *Quomodo intelligatur orator vir bonus, dicendi peritus.*
72 *Non satis est, quod quis bene faciat, sed oportet vt talia officia fluant ex recto & stabili fonte.*
73 *Quo nomine iustitia dicatur, constans ex Diuo Thoma.*
74 *Iustitiam secundum naturam suam semper certam & eandem esse, & quomodo illud intelligatur.*

100 *Diffe-*

100 *Differentia inter illum, qui contra legem facit, & qui iniquus est.*

101 *Quando idem verbum generis & speciei significationem sustinet, in dubio specialis praeferenda videtur.*

102 *Plus boni affectans, quam par est, proprie iniustus dicitur.*

103 *Rem familiarem augere possumus, sed honesta ratione.*

104 *Bona fortunae, si modum excedant, obruunt nos potius, quam adiuuant.*

105 *Sine bonis externis atq; fortunae vitam nostram tueri non possumus.*

106 *Illa potissimum eligenda sunt, quae nostrae personae & conditioni conueniant.*

107 *Qui in pari caussa onus suum recusat, & in alium deriuat, is quoq; iniustus censetur.*

108 *Praeter legem non solum illegitima censenda sunt, sed etiam iniqua.*

109 *Si ille, qui committit in legem, iniustus est, consequens quoq; erit, vt, qui easdem seruet, sit iustus.*

110 *Quod conuenit generi, si vniuersaliter sumatur, idem quoq; speciei conueniat necesse est.*

111 *Leges non singulorum, sed communem hominum vtilitatem spectant.*

112 *Iustitiae officium non consistere in ornandis solis moderatoribus reipublicae.*

113 *Iura eo pertinere, vt vitam beatam ciuili societate cõfirmata, & singulorum commodis procreatis, concilient.*

114 *Turpis est quaeq; pars suo toto non cohaerens.*

115 *Lex nedum iustitiae specialis, sed etiam fortitudinis opera desiderat.*

116 *Qui militum in acie prior fugerit capite puniri solet.*

117 *Serui, qui dominum non defendunt, vltimo supplicio afficiuntur.*

118 *Non solum ille in vitio est, qui alium aggreditur, sed qui vim alteri intentatam, cum possit propulsare, non facit.*

119 *Non promiscuo complexu, sed legitima thori consuetudine quis operam liberis dare debet.*

120 *Vescendi & bibendi ratio, ex modo & consuetudine honestorum hominum constitui debet.*

121 *A conuitiis abstinendum.*

122 *Imperitia culpae annumeratur.*

123 *Pro natura contractus lata, leuis, vel leuissima culpa praestanda est.*

124 *Legis virtus, in quibus consistat.*

125 *Expedit reipublicae, ne crimina sint impunita.*

126 *Leges, quae sunt contra ius diuinum, naturale, bonos mores, quaue peccandi occasionem praebent, nullius sunt momenti.*

127 *Definitio legis secundum Ciceronem.*

157 Prin-

Interpretatio Argyropoli.

De iustitia autem & iniustitia consideremus oportet, circa quales actus versantur, & qualisnam mediocritas a sit ipsa iustitia, & inter quæ iustum ipsum medium est: atq; hæc consideratio eundem seruet modum doctrinæ, quo antea dicta consideraumus.

Textus græcus.

Περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας σκεπτέον, περὶ ποίας τυγχάνουσιν οὖσαι πράξεις, καὶ ποία μεσότης * ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον τίνων μέσον. ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημένοις.

Interpretatio Zuuingeri.

De iustitia autem & iniustitia hoc videndum est, quibus in actionibus versentur, quænam mediocritas a sit iustitia, quarum deniq; medium sit ius. Quibus in rebus exquirendis, & explicandis, eadem atq; in superiorib. via rationeq; vtamur.

a Mediocritas] Cum *lib. 2. cap. 2. 6. & 7.* Aristoteles docuisset, † omnem virtutem in mediocritate consistere, hoc loci etiam in distributione eius, quod cuiq; deferendum erat, idem euenire ostendit. Enimuero. *d. cap. 7.* † fortitudinem declarat esse mediocritatem, in metu & confidentia occupatam. Idem tradit, *lib. 3. cap. 6. & cap. 7.* fortem quidem impauidum esse, sed vt hominem, & res formidulosas timere, sed vt oportet, & vt dicta ratio. Omnis n. actionis finem esse, quod habitui cōuenit. At viro forti fortitudinem honestū quiddā esse: talē igitur & finē esse; diuersa in caussa esse præsidētes, aut omni timores carentes, itē & me-

Margin: 1 (beside "omnem virtutem…"), 2 (beside "uero. d. cap. 7. …")

ticulosos. Cum enim nihil æque extimescamus vt mortem, *d. c. 6.* homo temerarius sine conuenienti caussa eam oppetere non dubitat, dum ex vana quadam ostentatione sibi mortem consciscit, *l. si quis. §. eius qui depor-*
3 *tatur. ff. de iniust. rup. & irrit. fact. testam. l. 3 ff. de his, qui sibi mortem † consciuerunt*, aut in certissimam perniciem ruit, *cap. displicet. 23. q. 5. l. idem. §. fin. ff. ad l. Aquil.* vel sponte se periculo offert, *cap. paratus. 23. q. 1.* aut in apertum discrimen terra marique se committit. *l. qui petitorio. §. 1. ff. de rei vindicat. l. fin. C. de nauic.* Longe alia conditio inuicti est animi, cum pro salute reipublicæ quis in bello occumbit. *l. 2. ff. de re militar. l. in bello. ff. de cap. & postlim. reuers. l. amissi. ff. de excusat. tut. & curat.* aut cum adserendo animæ vel suę vel aliorum salutem, nullum corporis discrimen recusat, *c. existimant,*
4 *& c. nolite timere. 11. q. 3.* † Huc pertinet, quod egregii sit principis, spiritum potius profundere, quam quidquam de sano sacræ scripturæ intellectu, aut auctoritate minuere. *c. sunt quidam. 25. q. 1.* Quod & ipsum in persona iudicis procedit, cui cauendum, ne metu se de gradu officii aut iustitiæ pelli patiatur, *c. 1. de re iud.* aut contra nimia confidentia rempublicam in apertum discrimen adducat, *c. non potest esse salubris. 23. q. 4. l. obseruandum.*
5 *ff. de offic. præsid. l. si quis. §. quid tamen. ff. de iniust. rup. & irrit. fact. testam.* † Pari ratione idem Aristoteles *d. cap. 7. lib. 2. item cap. 1. lib. 4.* Inter prodigalitatem, quæ in dissipando, *l. 1. ff. de curat. furios.* & auaritiam, quæ in retinendo *cap. 86. non satis.* aut extorquendo, *l. solent. ff. de offic. procons. §. fin. item. omnes. l. iubemus. C. ad leg. Iuliam. repetundarum*, vitium contrahere solent, constituit esse liberalitatem, vt apparet etiam, *ex dict. leg. solent. §. fin.* in hæc verba: *Quantum ad xenia pertinet, audi, quid sentimus. Vetus prouerbium est:* οὔτι πάντα, οὔτι πάντοτε, οὔτι παρὰ πάντων. id est, *Neque omnia, neque*
6 *quouis tempore, neque ab omnibus.* † *nam valde inhumanum est a nemine accipere: sed passim, vilissimum est, & omnia, auarissimum. Et quod mandatis continetur, ne donum vel munus ipse proconsul, vel qui in alio officio erit, accipiat, ematue quid, nisi victus quotidiani caussa, ad xeniola non pertinet, sed ad ea, quæ edulium excedant vsum. Sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem.* Item cap. *Considerandа. dist. 86.* Quod & ipsum subiicimus: *Con-*
7 *sideranda † est etiam in largiendo ætas atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc iuuanda promptius: tum si quis ex diuitiis cecidit in egestatem: & maxime, si non vitio suo, sed aut latrociniis, aut proscriptione, aut calumniis, quæ habebat, amisit, c. fratrem, c. non satis,*

ſatis, cap. pulcra, cap. in ſingulis, eadem diſtinct. l. 7. nonnunquam. ff. de donat. l. 12. §. fin. ff. de adminiſt. tut. & curat. l. 4. ff. vbi pupillus educari debeat. Idem 8
d. cap. 6. lib. 2. item. cap. 2. lib. 4. pronuntiat de magnificentia, † quæ circa præclaras & eximias res, in quas ſumtu opus ſit, verſatur, vt ſc. inter indecorã quandã in impendendo inſolentiam, & nimiam parſimoniã, erogationẽ, ad dignitatem, & decorum reuocet, vt in comitatu principis, † *cap.* 9
1. de proh. feudi al. per Lothar. item. cap. 1. de prohibit. feudi alien. per Frideric. in ſpectaculis & conuiuiis exhibendis, *l. 1. & tot. tit. C. de ſpect. l. vnica, C. de maiuma. lib. 11.* in ædificatione ſacræ ædis, *cap. pulcra. diſt. 86.* palatiorum, *l. baſilicam. C. de operib. pub.* operum publicorum, *l. nemo. & l. fin. C. eod. l. 2. C. de conſulib. lib. 12.* in ornatu templorum, *l. Titia. ff. de aur. & argent. leg.* in priuilegiis concedendis, *l. fin. C. de epiſc. aud.* in ſpargendis numis, §. *hoc amplius, Inſtit. de rer. diuiſ. & acq. ear. dom.* Idem, & in honorib. euenire videmus, vt inter animum elatum & demiſſum, animi magnitudo medium obtineat, *Ariſt d. lib. 2. cap. 6. item. lib. 4. cap. 4.* quod & ipſum cũ legibus noſtris conuenit, dum maiores honores, † q̃ illis congruant, appetẽtes damnant, 10
l. 2. C. de præfect. v[illegible] 2. C. de conſulib. l. 1. C. vt dig. ordo ſeruetur, cap. 1. & cap. ſolita. de m[illegible]d. vbi pontifex monet Imperatorẽ ſui officii in ſeſſione, q̃ ipſi eſſet cũ patriarcha Cõſtantinopolitano, *l. obſeruare. §. anteq̃ ff. de offic. procon ſ.* cũ leges factũ ipſius proconſulis improbant, q deſiderat, vt prouinciales extra patriam ſuam ipſi occurrant, *cap. peruenit, cap. diaconi. diſt. 93. cap. hoc habet. diſt. 46.* Et illi plurimum † thoracis & dignitatis 11
deferendũ cenſent, *c. licet ergo. 8. q. 1. cap. nos qui, & cap. fin. diſt. 40.* qui omni 12
virtute eminẽtior ſit. Deniq; cum pronuntiant, † quemq; magiſtratũ auctoritatẽ ſuæ perſonæ tueri debere, *l. obſeruand. ff. de offic. præſid. l. nequicquã § aduocatos. ff. de off procon ſ. cap. grandi, de ſupplenda negligẽtia prælatorũ. l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtẽperarit, l. ſi quis ex alieno. ff. de iudiciis. l. 1. C. de primicerio. l. 1. C. de conſulib. l. 1. C. vt dig. ord. ſeru. lib. 12.* & abiectũ & nimis dimiſſũ alicuius animũ reprehendunt, *d. cap. ſolita. de maiori. & obed. d. l. obſeruandũ. ff. de off. præſid.* Notandum præſenti in loco eſt, hanc Ariſt conſiderationẽ ſecundũ iura potiſſimũ in magiſtratu procedere, quod interſit reipub. vt is grauitatẽ ſeruet. Ceterum ſi de honorib. vel dignitate priuato deferẽda tractetur, aliam diſpoſitionem preualere, † quod humilitatem talia detre- 13
ctantis commendent, & maiori laude dignam ſtatuant, *l. ſi quenquam. C. de epiſ. & cler. cap. in ſcripturis. & cap. ſciendum. cap. qui epiſcopatum. 8. quæſt. 1.* Inter irã & lentitudinẽ, † medium locum tueri clementiam, *vt Ariſt. d. cap. 6.* 14

BB

demonstrat, & cap.6.lib.7, ne nostræ quidem leges dissimulant, *l. obseruand. in fin. ff. de off. præsid. cap. sunt nãq;. cap. vera. cap. recedite. dist. 46. cap. cum apud*
15 *Thessalon. 11. quæst. 3.* vbi memorabile exẽplũ Theodosii proponitur, a dissimulationis & simulationis vitio, † nobis veritatẽ pstare, *vt Arist. ait, constat, ex l. 1. 2. ff. de testib. l. 1. ff. de cal. mat. l. 1. ff. de dolo. cap. si ad script. dist. 9. l. ea quæ commendandi in fin. ff. de cont. em. l. quæro ff. de act. em. & vend.* Quo per-
16 tin nt illi, † qui ph losophi, vel medici personam induunt cũ non sint, *l. 1. §. medicos, & §. an & philosophi ff. de extraord. cog. l. in honorib. §. philosophos, de muner. & honor.* & qui arrogant sibi scientiã, cũ illa non sint prediti, *cap. quãuis. dist. 38.* Itẽ, illi, qui sub aliqua virtutis imagine delitescẽtes, vitia sua,
17 dissimulant, *cap. sæpe. dist. 41.* Porro q̃ † ab eodẽ Arist. *ibid. & cap. 8. lib. 4.* cõmemoranĩ de vrbanitate, illã moderatione sua, nos a scurrilitatis, & rusti-
18 citatis labe vindicare, nõ aliena a iuris nostri definitione sunt, *vt l. obser. ff. de off. præs. in prin. l. obseruare. §. anteq̃. ff. de off. procons. §. fin. Nouel. 22.* † Inde scurrilitatẽ im pbant, & histriones, & id genus scurriles personas infamia notant, *l. 1. ff. de his qui notantur infamia. ca. donare. dist. 86. c. ideo, dist. 37.* Eadẽ ratione damnaĩ rusticitas, *d. l. obseruan. cap. q syncera 45.* In eadẽ caussa est
19 amicitia, vt inter adulationẽ & morositatẽ, † conueniens tẽpamentũ cõtineat, *l. 223. §. amicos. ff. de ver. sig.* facta collatione cũ *cap. sed illud, dist. 45. & c. hoc habet. dist. 46.* Si deinde de cibis, de potu, de voluptate, tractẽt, de q b. Arist. *lib. 3. cap. 10. & seq.* tẽperantia virtutis partes accomodat, plus & min' in vitiũ incidere solet, *cap. quisquis. & cap. q dicit domin. dist. 41. c. quidquid. 32. q. 2.* Cũ itaq; moderatio affectuũ, siue pturbationũ, in aliis omnibus, repudiatis illis, q̃ vitii labe inq nata erant, virtutẽ pariat atq; stabiliat, nõ ab-
20 surdũ debet videri, si idẽ † in iustitia eueniat, *cap. disciplina, cap. omnis, cap. sunt namq;. dist. 45.* quæ in distributione vel cõmutatione versetur, distri-
21 butione, † vt honorũ, *l. 3. §. præses. ff. de munerib. & honor. l. pen. C. ad leg. iuliã repetund l. si quemq̃. C. de episc. & cler. cap. licet. 8. quæst. 1.* item cõmodorum communium, *l. Imperat. ff. de seruit. rusticor. præd.* præmiorũ, *l. 1. §. in honorarus. ff. de extraord. cogni. l. 1. C. de consulib. lib. 12.* pœnarum, *l. perspiciẽdum. ff. de pœnis,* intelligo, quando ex inquisitione & officio suo iudex procedit, *l. locatio. §. quod illicite. ff. de publicanis. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliam. l. qui seruum. ff. de interrog. act.* ne dissidere videar a philosopho, qui mox illa cõmutatiuæ iustitiæ adscribat, sc. cum agitur de satisfactione partis læsæ, *vt l. capitalium. §. fin. ff. de pœnis.* In cõmutatione, *vt l. 1. ff. de contr. emt. l. si quos C. de rescind. vend. l. si societatẽ. §. arbitror. ff. pro socio.* de quibus omnibus postea suo loco disseremus.

Trans-

Translatio Argy-ropili.

Videmus itaque omnes talem habitum dicere iustitiam velle, quo homines apti sunt, ad res iustas agendas & quo iusta agunt & volunt iusta.

Textus græcus.

ὁρῶμεν δὴ πάντας τὴν τοιαύτην ἕξιν βουλομένους λέγειν δικαιοσύνην, ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι, καὶ βούλονται τὰ δίκαια.

Translatio Zuuin-geri.

Videmus igitur eum animi habitum, quo ad res iustas gerendas homines efficiuntur, idonei, quoq; res iustas & agunt, & volunt, ab omnibus iustitiam intelligi, atq; appellari solere.

Hoc loco Arist. iustitiã, † certa ratione describit, esse sc. animi habitũ, 22
qua ad res iustas gerendas homines efficiuntur idonei, quoq; res iustas & agunt & volunt. Quæ Græce ab illo paucioríb. verbis exhibentur, ἕξις ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι, καὶ βούλονται τὰ δίκαια. At
Vlpianus *lib. 10. ff. de iust. & iur.* † constituit, quod sit constans & perpe- 23
tua voluntas, ius suum cuique tribuendi. Quæ definitio cum illa, quam ex Aristot. proposuimus minime conuenire, & multis præterea ex caussis laborare videtur.

PRIMO, quod dicatur voluntas, † cum Arist. illam appellet habitum, 24
quodq; vt instat D. Thomas, *2. secunda quæst. 58. art. 5.* si voluntas esset sua rectitudo, sequeretur, quod nulla voluntas esset peruersa.

SECVNDO, quod ex sententia Francisci Picolominei, *in sua philosophia de morib. grad. 4. cap. 13.* omnes virtutes † sint habitus morales, quib. probe 25
vel male affecti sumus, in perturbationib. *vt docet Arist. cap. 5. lib. 2. ad Nicomachum*, defendit deinde id multis aliis rationib. quas apud eundem *d. grad. 4. cap. 13. & cap. 8.* quilibet facile collegerit.

TERTIO, q. cũ Iurisconsul. illã appellet voluntatẽ constantẽ & ꝑpetuã,
idẽ videat̃ ꝓbare, ꝙ Plato, † qui imortales vniuersaliũ ideas introducebat, 26
q̃ cũ opinio explosa sit, *vt apparet ĩ lib. 1. cap. 6. item & metaphysicor. lib. 1. c. 5.* per consequens quoq; definitio Iurisconsulti subuersa intelligitur.

QVARTO, quod non satis sit bene velle, † sed quod etiam bene fa- 27
cere oporteat, *cap. non satis, dist. 86.* vt vrget etiã D. Thomas loco allegato.

QVINTO, † ꝙ solum mentionẽ faciat distributionis, qua cuiq; sua de- 28
feruntur. Iustitiã ipso Vlpiano auctore etiam alia complecti, neminem scilicet lædere, honeste viuere, *d. l. 6. §. iuris. ff. de iustitia. & iur.* quæ cum

in definitione desiderentur, illam etiam vitiosam censeri, cum omnis de-
29 finitio debeat conuerti, cum definito, & contra † *l.1.§ dolum.ff.de dolo malo,l. Fulcinius.§. Cic.ff. quib. ex cauſ.in poſſeſ.eatur.l.27. Quintus Mutius, §. cui aurum.ff. de auro & argent. legat.*

30 SEXTO, quod addat ius suum, perinde † quasi ius a iustitia nascatur, non autem iustitia a iure, vt ex sententia Arist. *Instit. de iust. & iur.* defendunt, Balduinus & Mynsingerus, constituentes ius esse naturalis & diuinæ rationis ductum, & naturæ formulam, quæ nobis a Deo in creatione insculpta est. Iustitiam vero esse exsecutionem & obtemperationem iuris per voluntatem prodeuntem ad opera honestatis.

31 SEPTIMO, quod dicatur voluntas † perpetua, nihil autem per rerum naturam esse perpetuum, *l. proponebatur.ff. de iudiciis.*

32 OCTAVO, quod cum in nulla † iuris dispositione superuacua sint inculcanda, *l.1.ff. quod metus cauſ.factum eſt,l. 1.ff.de reg.iur.l.2.C.de veteri iure enucl.§.ſic itaq;*, id multo magis in definitione probādū videatur. In nostra autem definitione, idem bis inculcari cum dicatur voluntas constans & perpetua.

33 NONO, quod † cum iustitiæ præcepta sæpe mutentur, *§.fin Inſt. de iure nat. gent.& ciu.c.fin.diſt.29.* iustitia non possit iudicari constans & ꝑpetua.

DECIMO, quod ex consideratione Periandri apud Platonē primo de
34 republica, † si iustitiæ officium sit, cuiq; suum tribuere, debebunt illis, qui digni sunt, bona, & q̃ indigni sunt, mala. Dignis igit̄ multa cōmoda & facultates deferent̄, indignis eadē adimentur, ꝗ sc. id ꝗ illis, quæ contraria
35 sunt, ius † est, in proposito, idem quoq; sit in opposito *l.fin.§ fin.ff.de leg.3.* Igitur amicis & bene meritis amica, & quæ respōdeant beneficia, inimicis contra omnia inimica, & infesta ab inimicis erunt reddenda, quod absurdum intelligi debet, cum hæc ipsa interpretatio illum finem, cuius studio omnes Legislatores flagrare debent, otium sc. & tranquillitatem florentis reipub. *l. 1.ff. de vſucap l.fin ff.pro ſuo.l.1.ff. de nundinis*, sit turbatura.

His tamen & similib. argumentis, quæ rem omnem meditanti occurrere possint, nihil prohibentib. puto inter descriptionē Arist. & nostri Iurisconsulti nihil esse repugnantiæ, & cōparatione ꝑfectionis facta, iuris-
36 consulti definitionē, † absolutiorem esse. Quod illa sit congruentior vel ex ipsius Arist. testimonio conuincere licet, qui contendit se illā adum-
37 brata quadā imagine, ὡς ἐν τύπῳ depingere, ꝗ † propriā formā iustitiæ, q̃ in iure suo cuiq; tribuēdo versatur, non cōprehendat, aut sane obscurius insinuet

insinuet, dum ait, *esse habitum, quo iusta agimus aut volumus*. Possent enim hæc † conuenire illi, qui habitum contraxerit iuste faciendi, & vo- 38
lendi, sed non erga omnes, puta erga filios, amicos, populares, non vero extraneos, aut erga certas personas, non omnes, aut in tribuendo certo iure, non tamen vt suum cuique tribuat, quæ omnia accurate in sua definitione persecutus est Cicero, vel † Herennius, *in lib. 3. Rhetoricorum*, 39
quod scilicet sit habitus animi, communi vtilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem.

Non est, quod deinde nos magnopere torqueat, quod Aristoteles & Cicero iustitiam habitum, animi esse profiteantur, quod a Iurisconsulto factum non est. Porro † omnem definitionem, quæ exacta sit, ex genere 40
& forma constare, tradit Aristoteles, *lib. poster. 2. cap. 14*. Consectarium itaque videri, vt nostram definitionem parum ex arte concinnatam esse statuamus: duplex enim responsio propositam a nobis difficultatem expediet. Vna, quod officio Legislatorum † contineatur, vt sua clare & per- 41
spicuis verbis, quæ facile percipi possint proponant; *cap. erit. dist. 4.* & tractatus, quid sit habitus, non ita ad Iurisconsultos pertineat, loco horum verborum est habitus voluntatis, alia, † quæ idem, idque euidentioribus 42
verbis, subiecerint, quod scilicet, sit constans & perpetua voluntas. Altera autem consideratio est, quod in definitione † non tam spectarint iu- 43
stitiam exercitatione comparatam, quam per se constitutam, quod declarant illa verba, *constans & perpetua voluntas*. Habitus autem quamuis 44
firmius inhæreat, quam dispositio, † mouetur tamen, vt declarat ipse Aristoteles, & ipsius interpretes, *in libro categoriarum, in prædicamento qualitatis*. Absurdum autem videtur, exstincto vno aut altero homine, iustitiam etiam dicere exstinctam, aut illis subscribere, qui *nominales* † voca- 45
ti, omne vniuersale nihil aliud complecti contendunt, quam vt munus in significando sustineat. Cum nihil prohibeat veram iustitiæ speciem exsistere, quæ mentis hominum conceptione continetur. Inhærent deinde † certæ imagines in mente diuina, vt sententiā Platonis exponens 46
commemorat diuus Augustinus, *lib. 83. quæst. q. 46. item diuus Thomas, 2. secunda quæst. 58. art. 1.* ad quarum exempla bona hominibus diuino beneficio contributa, reuocentur, siue illa statim, vt in gratia, spe, fide, caritate (vt in primo homine Adamo credere est omnes virtutes impressas fuisse) siue post conuenientem vsum † appareant, cum omnia bona 47
ad Deum † Optimum Maximū sint referenda, *cap. existimant. 11. q. 3. l. 1. ff. de* 48

concep. ff. l. 1. C. de veteri iure enucl. l. 1. Picol. grad. 9. cap. 33. Nam & ipse Se-
49 neca. *lib. 8. epist. 66.* † Deum in se rerum exempla habere profitetur, & *li-
bro de quatuor virtutibus*, iustitiam ait esse diuinam legem, & societa-
tis humanæ vinculum. Accedit testimonium Psalmistæ psal. 64. dum
adserit, *iustitiam de cœlo prospexisse*, inde ipsa veritas Deus, per os Salamo-
nis, prouerb. c. 8. ait, *Meum est opus, quod reges regnant, & consiliarii de-
cernunt iusta.* Non obstat quod leges nostræ voluntatis perpetuæ men-
50 tionem faciant, quodq; † Deus Opt. Maximus adfectionib. humanis non
51 sit obnoxius. Cũ n. mortales tales adfectiones, vel qualitates in semetipsis
experiantur, minus proprie, non tamen omnino inepte, † Deũ velle, nol-
le, iratũ, misericordẽ esse pponunt, q vel ex ipsa oratione dominica appa-
rere potest, dũ precamur: *fiat voluntas tua*, itẽ ex 1. ps. pœnitentiali: *Domine
ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me*, item & in 4. psal. *mise-
rere mei Deus.* Posse definitionem iustitiæ ad hunc modum intelligi, etiã
inde colligere licet, quod Vlpianus, *l. 1. eod. tit.* Iurisconsultos vocet iustitię
52 sacerdotes, † vnde etiam factum animaduertimus, quod omnes legũ con-
53 ditores eas Diis im̃ortalib. accepto tulerint. † Minos n. & Rhadamãt' quas
Cretensib. dedere se a Ioue, Lycurgus, quas Lacedæmoniis, ab Appolline,
Solon, & ante eum Draco, Athenien. a Minerua; Themegistus, quas Ægy-
ptiis a Mercurio, Numa Põpili', quas Romanis dedit ab Ægeria Nimpha,
Moyses quas Hebręis, Petrus Apostolor. Princeps & ipsi' successores, quas
Christianis, ab vno Deo accepisse professi sunt. De qua re copiose Ange-
lus Matheacius, de via & ratione iuris, *lib. 1. cap. 23.* Et si quis, obiiciat Vl-
54 pianum christianæ religionis mysteriis minime † imbutum, de hac iusti-
tia non cogitasse, is accipiat, nedum veteris euangelii lucem, sed & noui
in Tyro & Sydone, vicinis Palestinæ ciuitatib. vnde Vlpianus oriundus
fuit, *l. 1. ff. de censibus.* eo tempore, quo Vlpianus floruit, affulsisse. Et
quamuis me non prætereat esse, qui deprædicent Vlpianum a christiana
religione alienum fuisse, tamen nihil prohibet illum talem fuisse & mul-
55 ta a christiana religione hausisse, vel vt ethicum naturalis rationis ductu
eo cognitionis, vt Platonem, peruenisse. Et si quis adhuc instet † inter
homines & de legibus humanis differentem, non debuisse diuinã iustitiã
describere, is animaduertere debet, q cũ ius ab ipsa iustitia cœlesti pfluat,
ad illustrationem materiæ propositæ id plurimum contulisse. Deinde nõ
animaduerto quid absurditatis illã sententiam consecuturũ sit, si de ipso
56 habitu † morib. quæsito definitionẽ exaudiamus, vt antea rem digessi, cũ,
vt recte

vt recte perpendit, † *Picolomineus gradu 4. cap. 14.* omnes virtutes earũq; 57
actiones conspirent, iudicium mentis, recta ratio, voluntas optans finem, præelectio ordinatorum ad finem, moderatio perturbationis, & demum libens obedientia, appetitus sensuum. Nec aliena sit definitio Aristotelis, qua iustitiam habitum profitetur quo iusta agimus & volumus, quæ verba idem pene præstant, atq; illa, quæ nostrę definitioni inserta sunt, vt cõstans, & perpetua voluntas, cum de voluntate, quæ effectu in homine careat, intelligi nequeat, *vt mox fusius.*

His fundamentis iactis non adeo magni negotii fuerit rationum & argumentorum præsidia, quæ ex aduerso constiterunt, pressisse. Admissa enim vltima expositione, telum primo loco excussum non adhærescere, inde colligere licebit, quod † non tractetur de virtute ex vsu & frequenti repetitione quæsita, aut confirmata, sed quæ menti diuinæ inhærens, & 58
a Deo, vt diximus, profecta, modum in distributione rerum præscribit. Deinde quod non prohibeat hæc verba, constans & perpetua voluntas, si de iustitia humana tractemus, pro habitu voluntatis accipere, vt mox copiosius. Eadem responsione, quod a secunda impressione possit esse periculi, discutiet, quãuis non desint alia, eaq; paratiora admunicula, q̃ mox conuenienti modo persequemur. Eadẽ cõsideratio p̃stabat nobis a tertia impugnatione. Deinde & 4. loco motum scrupulũ eximere hac ratione liceret. Nõ desunt tamen alię, q̃ id munus sustinere poterunt, appellatione † voluntatis non designari affectionem, vel deliberationẽ animi, a facto 59
separatã, sed q̃ cũ effectu, vbi occasio id postulat, coniuncta sit. Ita n. volũtatem accipi constat, ex *l. fin. ff. de rer. diuis.* Verba enim *cum effectu* accipienda sunt, *l. 1. §. fin. ff. quod quisque iuris statuerit ipse, eo vtatur.* Idque coarguunt verba sequentia, dum subnectit Iurisconsultus iuris præcepta esse, *honeste viuere, neminẽ lædere, ius cuiq; suũ tribuere.* Pręterea *l. bona fides. ff. depos.* qua Iuriscõsultus post longã de bona fide, & de æquitate disceptationẽ, in hæc verba prorũpit: & ꝓbo hanc esse iustitiã, q̃ suũ cuiq; ita tribuit, vt non distrahatur, ab vllius personæ iustiore repetitione. Itẽ, *l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemp.* vbi commemoratur etiam illum conuenientes partes non accomodare, qui illud, ꝙ extremũ esset, non fecisset, quãuis in ceteris paruisset. Euincunt deinde omnia pene iuris responsa, q̃ si ad rẽ a magistratibus non conferantur, nõ animaduerto quo pacto illis talis voluntas constare possit, *l. ordo iuris. & tot. tit. C. de re iudicat. l. fin. ff. de extraord. cognit. cap. primo. de re iudicat. in 6.* Quartum & quintum argu-

mentum plus coloris, quam energiæ continere, inde metiri possumus,
60 quod † innumera sint vocabula, quæ in significando & prædicando & generis & speciei munus sustineant. Lex modo id, quod a populo senatorio magistratu, veluti consule, interrogante sanciebatur, in specie accepta, designat, §. *lex. Instit. de iust. & iur.* modo omnia scita, senatusconsulta, constitutiones principum, magistratuum edicta, & responsa, prudentum complectitur, *l. 1. ff. de legib. l. 7. ff. de iust. & iur.* adoptio diuiditur in arrogationem & adoptionem, *l. 2. ff. de adopt.* Iurisdictio in merum, mixtum imperium, & Iurisdictionem deducitur, *l. merum. ff. de iurisdict. omn. iud.* præsidis nomen proconsulem, rectorem prouinciæ, & præsidem sua significatione comprehendit: actionis verbo accepto referuntur, persecutio & actio, *l. actionis. ff. de oblig.* dictio rei modo separatur a personis, §. *fin. Instit. de iure. natur. gent. & ciuil.* modo illas complectitur, *l. verbum rei. ff. de verb. sig.* iniuriæ pronuntiatio modo contumeliam solum, modo omne id, quod non iure fiat, designat atque demon-
61 strat, *l. 1. ff. de iniuriis.* † Sunt deinde alia, quæ ex significatione æquiuoca, ad diuersa referantur, vt in dictione *muneris*, quod donum, onus, & officium designat, *l. 18. ff. de verb. sig.* potestatis, *l. 215. potestatis*, quod in persona magistratus imperium, in persona liberorum patriam potestatem, in seruis dominium, significat, *l. 215. ff. de verb. sig.* Rursum multa verba,
62 ita comparata sunt, vt modo caussam, † modo effectum demonstrent, vt in verbo, *obligationis.* Caussam enim denotat, dum est iuris vinculum, quo astringimur necessitate soluendę alicuius rei, *Instit. de oblig.* Effectum dum idem præstat, quod actio, *l. 7. Iuris gentium. §. igitur*, in hæc verba: *Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed exceptionem.* Idem accidit in verbo, *iurisdictionem*, caussam enim exhibet toto titulo, *de iurisdict. omn. &c.* effectum, *l. 13. §. sed si inter suos. ff. de vsufr.* iurisdictione sua controuersias componere, item, *l. 26. §. sed si dum decreto. ff. ex quib. caus. maiores in integr. restit.* denegare iurisdictionem res iudicata modo sententiam significat, *l. cines. C. de appel.* modo effectum, qui inde manet, *vt tot. tit. de re iudicat.* Huc pertinet quod verbum, *caussa*, etiam pro effectu, ipsa scilicet actione, quæ ex obligatione exsistat, accipiatur, *l. actiones. §. 1. ff. de except. rei iudicat.* dum ait, *singulas obligationes, singula caussæ sequuntur.* Huc referri possunt illa nomina, quæ ex analogia, ad diuersa referuntur. Quibus omnibus recte consideratis, non debet alienum a ratione cense-
63 ri, quod idem in verbis, ius suum tribuendi, † eueniat. Nam hæc ipsa in defini-

definitione generaliter intelligenda sunt, vt complectantur tria illa præcepta, honeste viuere, neminem lædere, ius cuique suum tribuere, dum inhoneste viuendo non tribuit sibi, reipub. & Deo, quæ tribuenda sunt, *cap. non sunt audiendi 11. quæst. 3. l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur.* in eadem caussa est, qui lædit alium. Nam non solum nobis, *l. 2. ff. de iust. & iure.* sed patriæ 64
nati sumus, † & hominis sit hominem beneficio afficere, *l. 6. ff. de seruis exportandis. 23. q. 2.* sex sunt. non potest intelligi suum tribuisse, qui proximum lædat, deinde generaliter illa, quæ ex primis & immediatis principiis iuris, æquum ab iniquo separare, licitum ab illicito discernere, nasci & effluere solent.

His ita constitutis non est, quod nos sollicitet, quod ex Mynsingero, & Balduino obiicitur, iustitiam potius esse exsecutionem iuris, quam cõtra, & hinc non posse dici voluntatem ius suum cuiq; tribuendi: Expedita enim solutio est, quod cum ius multiplicem † recipiat significationem 65
vt ostendit iurisconsultus. l. penult. ff. de iust. & iur. siue ex æquiuoca, siue etiam ex analogica significatione, vt modo necessitudinem, modo locum, in quo ius redditur, modo vero id, quod æquum sit, quod & ipsum suam distinctionem admittit, vt aut demonstrare velimus id, quod semper æquum & bonum sit, aut quod omnibus, aut pluribus in quaq; ciuitate vtile est, ita etiam & in præsenti disceptatione contingere dicamus, vt ius 66
modo complectatur illam, † notionem & imaginem sempiternæ iustitiæ, quæ menti diuinæ inhæreat, cui conforme est, ius naturale, quod semper bonum & æquum sit: quod beneficio naturæ, atq; adeo diuini numinis, cum ipso homine proditum nunquam interit, & hac ratione acceptum, idem sit, quod iustitia, ab Vlpiano definita, modo autem interpretationem recipit effectus, qui a iustitia manet, & exsistat, quem Legislatores in scribendis atq; componendis legibus, vt sunt Digesta, Codex, Nouellæ, Decretales, &c. professores autem exponendo & interpretando, *l. vnica. C. de professor. vrb. Constant. lib. 12.* Magistratus vero in exsequendo, *l. ne quidquam. ff. de offic. procons. l. illicitas. §. ne potentiores, & l. licet. ff. de off. præsid. & tot. tit. de senator. de offic. consul. præfecti vrbi, præfecti prætorio, proconsulis, præsidis, rectoris prouinciæ, de re iudicata. ff. & C. & infinitis aliis in titulis,* singuli denique homines in commutando & contrahendo, & similia negotia explicando, quæ ad æqualitatem redigenda sint, exhibere & præstare solent, siue ille actu explicetur, siue habitu, quem iustitiæ appellatione complecti videtur Arist. confirmatus sit. Qua ratione n. non

alienum a consuetudine recte loquendi censeri debet, vt verba obligationis, iurisdictionis, rei iudicatæ, modo caussam, modo effectum demonstrent, eadem ratione absurdum iudicari non debet, si idem in pronuntiatione iuris & iustitiæ eueniat, vt Vlpianus non tam ad deriuationem, quam ad rem, respexisse videatur, quod apparet ex descriptione subiecta, dum illud cōstituit esse artem boni & æqui, quod & ipsum animaduertit Goueanus, *lib. 1. var. lect. cap. 18.*

Difficultatem septimo loco motam expediemus, si ponderauerimus
67 iustitiam, † tribus modis perpetuam voluntatem dici posse. Primo, quoad designat illam notionem, quæ menti cœlesti inhærens, nullum interitum agnoscit, vt & antea illud digessimus & aperte decidit diuus Thomas, *secunda secundæ. q. 58. art. 1.* quam rudis illa † ætas, & nondum luce
68 Euangelicæ virtutis illustrata, inter deas coluit, *vt apud A. Gellium 14. noct. Attic. c. 4.* quam caussam secutus Vlpianus Iurisconsultos sacerdotes iustitiæ profitetur, *l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur.* Secundo, si consideremus quandam, qua id fieri possit, aptitudinem. Tertio, si meminerimus, † id sur-
69 rogatione conciliari solere, *l. proponebatur. ff. de iudiciis.* Quāuis n. cū homine voluntas iuste faciendi quatenus corpori cōiuncta est anima, extingui soleat, cum mors omnia soluat, *authen. de nupt. §. deinceps. l. in summa alias incipit, in sententiis. §. final. ff. de re iudicat.* tamen absurdum esset, inde inferre, iustitiam quoque sublatam esse, cum infiniti alii homines supersint, qui eadem præditi illam propagent, & hoc modo ab interitu vindicent. Accedit & quarta consideratio, quod Vlpianus non intelligatur, definire iustitiam, vt homini reipsa inhæret, quod & iustus septies in die
70 labatur, † *prouerb. 24.* sed vt homini iustitiam profitenti inesse debet, *argument. l. penult. ff. de iust.* vt in definitione iustitiæ tradiderunt, Dynus,
71 Albericus, Baldus. Hinc orator definit vir bonus, † dicendi peritus, quāuis nulla ætas talem, qui his ornamentis ex illius & Ciceronis præceptis præditus esset, fortasse ediderit.

Offendiculum octauo contractum submouebitur, si cogitemus non sufficere ex præscripto, diui Ambrosii, *dist. 86. cap. non satis*, quod quis
72 bene faciat, sed quod oporteat † quoque, quod talia officia ex recto & stabili fonte fluant, scil. consilii & deliberationis, vel si cum diuo Tho-
73 ma, † loco quem designaui, ponamus iustitiam dici, perpetuam voluntatem, quod quis propositum habeat iustitiam perpetuo conseruandi. Firmam autem dici, quod in hac deliberatione firmiter perseueret. Quod a

nona

nona incursione poterat esse periculi, discutiemus, si recta ratione subducere velimus iustitiam, secundum † naturam suam semper certam & eandem esse, *arg. l. quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. vel amit. hered. item d. l. penult. ff. de iust. & iur.* vbi prætor dicitur, ius reddere, cum inique decernit, relatione facta ad illud, quod agere prætorem oportet. Præterea, *arg. principii. Inst. de nupt.* dum matrimonium esse statuitur, viri atque mulieris coniunctio, indiuiduam vitę societatem continens, quamuis ex caussis dirimi possit, *vt tot. tit. de diuortiis*, sed ex variis rerum circumstantiis, † aliam atque aliam interpretationem recipere, *cap. final. distinct. 29. l. 2. §. sed quia, de veteri iur. enucl. l. nonnunquam. ff. de iudiciis. l. 2. ff. de re iudicat.* Deinde duobus honestis & iustis propositis, id, quod honestius & iustius † sit, amplectendum esse, *l. bona fides. ff. depositi,* hinc Plato *in libro de regno* testatur, varia in rempublicam, redundatura detrimenta, nisi leges patriæ ob varia, quæ occurrunt, mutare liceret, non tamen nimis procliues, † esse debemus ad ea, quæ a maioribus, prudentia, & rerum experientia præstantibus viris, statuta sunt, rescindenda, vt id multis in locis Imperatores testatum reliquerunt, *l. si quando. C. de in off. testam. l. præcipimus. §. final. C. de appell. §. fin. Nouell. vt administr. in sacris palat. l. fin. C. de ædif. priuat.* & Plato in eodem libro ingenue confitetur, plura vulnera infligi reipublicæ posse, si talis antiquatio imperitis committatur. In quã sententiam opportune scribit Aristoteles, *lib. 2. de republica,* summopere cauendum a legum mutatione, si vtilitas exigua inde consurgat. Eo enim casu assuetudinem mutandi leges improbandam, & potius errata quædam toleranda, cum legumlatorum, tum magistratuum. Non enim tantum vtilitatis abrogationem adferre, quantum detrimenti exempli pernicies, quam parere assuetudo non obtemperandi superioribus solet, videatur concitatura.

Consideratio Periandri, prima facie demulcere accipientium aures poterit, ad iustum calculum reuocata non idem consequetur. Nos enim non imus inficias secundum iuris humani constitutionem dignis bona, indignis mala, *cap. cum in cunctis. de elect. cap. mandata. de præsum. l. si quemq̃. C. de episc. & cler. l. 3. §. præses. ff. de munerib. & honor. l. qui indignis. ff. de senat. l. non omnes, § a barbaris. ff. de re militari,* itẽ benemeritis q̃ respondeant beneficia, *l. 25. sed etsi. §. consuluit. ff. de petit. hered.* inimicis infesta, *l. 78. cum in fundo, §. diuortio. ff. de iure dotum.* deberi, sed tamen, † ciuili modo, vt non singulis, sed magistratui, illa res pro insigni parte committatur,

vt omnis occasio tumultus præcidatur, *l. non est singulis. ff. de reg. iur. l. exstat. ff. de eo quod metus. l. creditores. ff. de vi priuata. l. aut prætor. §. fin. ff. de re iudicat.* is igitur præmia, *l. 1. §. in honorariis. ff. de extraord. cognit.* item & pœnas, §. *pœna. Instit. de iniuriis. l. perspiciendum. ff. de pœnis*, pro rei qualitate constituit, vt hoc modo non perturbatio reipublicæ inferatur, sed illa hominum inter homines societas in perpetuum deuinciatur, *l. vt vim ff. de iust. & iur.* Emergunt deinde multæ caussæ, ex quibus priuatis non
79 tam vindicta quam defensio † etiam cum alieno periculo & offensione committitur, *tot. tit. C. quando liceat sine iudice se vindic. d. l. vt vim l. scientiam. ff. ad leg. Aquiliam. cap. si vero de sentent. excomm. cap. dilecta. eod. tit. in 6.* Habet sæpenumero & vindicta locum, si ciuili modo, sine armis & non improbato more id fiat, *d. l. cum in fundo*, §. *diuortio, ff. de iure dot. l. 3. ff. de ademt. legat.* Dixi autem humani iuris, quod legis euangelicæ sit perfectior ratio, *vt cap. sex. 23. q. 1.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Eodem modo talem habitum & ipsam iniustitiam dicere, quo iniurias agunt homines, resq; volunt iniustas, quapropter & nobis hac primum et in figura subiciantur.	Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ ἀδικίας, ἀφ' ἧς ἀδικοῦσι καὶ βούλονται τὰ ἄδικα. διὸ καὶ ἡμῖν πρῶτον, ὡς ἐν τύπῳ ὑποκείσθω ταῦτα.	*Eodemque modo iniustitiam habitum esse, quod iniuriam faciunt, & res iniustas volunt. Itaque hæc primum nobisquoq;, velutiquadam imagine adumbrata, posita sint & concessa.*

80 *Eodem modo*] Iniustitiam esse habitum quo iniurias agunt † homines, & volunt res iniustas, apparet *ex l. 1. ff. de iniuriis, item. l. 3. in fin. C. de episc. audient. l. inde Neratius. ff. de seruo corrupt. l. 1. ff. de senatuscons. Maced. l. 1. C. de superindict. lib. 10. l. 28. §. solent, ff. de pœnis. l. 1. ff. de iure patron.* Coarguit deinde illa regula, de qua idem Aristoteles mox mentionem facit, † quod contrariorum contrarii sint effectus & officia, *l. nihil. ff. de*
81 *reg. iur.*

Translatio Agyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Non enim in scientiis, & potentiis, atq; habitibus res	οὐδὲ γὰρ τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον, ἐπί τε	*Neq; enim ita se res habet in scientiis & facultatibus, seu sese*

sese habet eodem modo. Eadem namque potentia scientiaque contrariorum esse videtur. Sed contrarius habitus non est contrariorum, nempe a sanitate sana duntaxat, & non contraria fiunt. Dicimus enim quempiam ambulare, sane cum perinde ambulat atq; sanus.

τῶν ἐπιστημῶν, καὶ δυνάμεων. καὶ ἐπὶ τῶν ἕξεων. δύναμις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ, τῶν ἐναντίων, ἡ αὐτὴ εἶναι. ἕξις δ᾽ ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων, οὔ, οἷον ἀπὸ τῆς ὑγιείας, οὐ πράττεται τὰ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ ὑγιεινὰ μόνον. λέγομεν γὰρ ὑγιεινῶς βαδίζειν, ὅταν βαδίζῃ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων.

potestatibus, vt in habitibus. Facultas enim seu potestas & scientia eadem contrariorum videtur esse: habitus autem contrariorum non idem est. Verbi gratia, a bona valetudine, non aguntur contraria, sed ea, quæ sunt bona valetudinis propria duntaxat. Dicimus enim aliquem valenter ambulare, cum ita ambulat, vt is, qui bene valet.

Non enim in scientiis & facultatibus.] Quod hoc loci confirmat Aristoteles, non eandem esse caussam scientiarum & facultatum, quæ est habituum, etiam iure nostro edocemur. Enimuero cognito vno contrariorum, nos & reliquum cognoscere: ostendunt † lex, *qui accurate. ff. de accusat. §. 1. Inst. de iur. person. l. 1. ff. eod. tit. l. 43. mutus. §. cum quæritur. ff. de procurat. l. nec non. ff. quib. ex caus. maior. in integ. rest. §. illud. Instit. de societate l. penul. C. de solut.* quod autem diuersa caussa sit habituum, vt scilicet non ad vnum, sed separatos atque contrarios habitus referantur, cum contrarii actus contrarios effectus, † pariant; constat ex *l. 35. nihil. ff. de reg. iur.* in hæc verba. *Nihil tam naturale est, quam eodem genere quodq; dissolui, † quo colligatum est.* Idem pene cauetur, *l. 153. fere. ff. eod. tit.* fere quibuscunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quot modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus: itẽ *l. 100. eod. tit.* omnia, quæ iure fiunt, contrario iure pereunt, *l. quod si contra. ff. de vulgar. & pupil. substit.* Hinc illa enuntiatio, quæ frequens apud interpretes est, quod operatur propositum in proposito, idem operatur, oppositum in opposito, *l. fin. §. fin. de legat. 3.* vnde quemadmodum † vis fortitudinis consistit, in vitæ defensione, *d. cap. non in inferenda, 23. q. 3.* ita contrarius actus, & habit⁹ versatur in offensione. *d. c. non in inferenda. itẽ, l. vt vim. ff. de iust. & iur.* † Huc pertinent verba diui Hieronymi, *cap. existimant. 11. quæst. 3.* Christus sapientia est, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per

82
83
84
85

mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Huc pertinet, *c. sæpe dist. 41.* His respondet, *lex. 1. C. de caducis tollend.* quod, qua ratione belli incommoda adfligunt rempub. eadē ratione pacis commoda, eandem ornant atq; stabiliunt. Hinc a prudentib. salubria cōsilia & facta proficiscuntur, *l. humanū. C. de legib. l. nisi essent, de præbendis.* ab imprudentib. lubrica & periculosa, *l. 1. ff. de minor. in integ. rest. l. 2. §. fin. ff. mandati,* a forti strenuo milite egregia virtutis opera, a segni vero, & degeneri plane diuersa, *l. non omnes. § a barbaris. ff. de re milit.* a spectatæ fidei viris vera & incorrupta testimonia, a leuib. & notæ vanitatis conficta, & plena mendaciis. *l. 2. & 3. ff. de testib.* Deniq; a sano homine, vt Arist. commeminit, sana & accommodata, a valetudine adfecta, infirma & minus conueniens opera edi solet, *l. 1. §. sed sciendum est, ff. de ædilitio edicto, l. 15. libertus. ff. de operis libert.*

Translatio Argyropili.

Sæpe igitur contrarius habitus ex cōtrario cognoscitur: sæpe etiam habitus ex subiectis. Nam si bona corporis habitudo sit nota, & ipsa mala corporis habitudo fit manifesta. Et ex iis, quæ bonam habitudinem efficiunt corporis, ipsa bona habitudo fit nota, & ex ipsa rursus ea, quæ faciunt ipsam. Si enim habitudo bona sit spissitas carnis, & malam habitudinem raritatem esse carnis: & id, quod efficit habitudinem bonam, efficere spissitatem in carne necesse est.

Textus græcus.

Πολλάκις μὲν οὖν γνωρίζεται, ἡ ἐναντία ἕξις ἀπὸ τῆς ἐναντίας. πολλάκις δὲ αἱ ἕξεις ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων. ἐάν τε γὰρ ἡ εὐεξία ᾖ φανερὰ, καὶ ἡ καχεξία φανερὰ γίνεται. καὶ ἐκ τῶν εὐεκτικῶν ἡ εὐεξία. καὶ ἐκ ταύτης τὰ εὐεκτικά. εἰ γὰρ ἐστὶν ἡ εὐεξία πυκνότης σαρκὸς, ἀνάγκη καὶ τὴν καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκὸς, καὶ τὸ εὐεκτικὸν, τὸ ποιητικὸν πυκνότητος ἐν σαρκί.

Translatio Zuuingeri.

Sæpenumero igitur ex contrario habitu habitus intelligitur contrarius: sæpe ex reb. habitui subiectis. Nā si bona corporis habitudo & firma cōstitutio nota sit, nota erit etiam mala: & cognitis iis, quæ firmam corporis constitutionē efficiunt, firma quoq; corporis constitutio erit cognita: & rursus ex hac ipsa, ea, quæ bonam corporis habitudinem efficiunt. Si enim bona corporis habitudo, soliditas carnis est: necesse est, malam corporis habitudinem, carnis raritatem esse: & quod vim habet efficientē firmæ corporis constitutionis, id ad carnis soliditatē gignendā necessario valebit.

Sæpe

Sæpe igitur.] Quod ex vno habitu sæpe contrarius cognoscatur id subductis illis, quæ antea proposuimus, facile colligi potest. Si n. compertum habemus, qui boni sint, simul etiā exploratū habebimus, q sint mali, *l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur. item l. manumissio. eod. tit.* Quæ vero idem Arist. subnectit, quod sæpe habitum intelligamus ex reb. habitui subiectis, itē caussis, quæ talē habitū concilient, non aliena a nostri iuris definitione censenda sunt. 87
Prosunt n. ad cognitionē † habitudinis bonæ & firmæ, cōsideratio caussæ 88
materialis, efficientis formalis, finalis. Percepta † materialis caussæ cōstitutione, simul etiā firmitudinem vel imbecillitatē, q̄ illa parere soleat, nos cognoscere, apparet ex *l. damni. infecti quidā. 13. ff. de dam. infect.* dū statuit, ꝙ in disceptatione, cui ruina domus imputari debeat, nobis cōsideranda sit materiæ bonitas aut vitium, idē si in cælādo gēma fracta sit, *l. itē q̄ritur. 13. §. si gemm. 1. ff. locat.* Caussam efficientem, † quoq; id præstare, vt ad co- 89
gnitionem bonæ vel malæ habitudinis perueniamus, colligimus, ex *l. 16. §. fin.* dum in deliberatione, an cui os oleat, sanus sit, Iurisconsultus ita rem dirimit, vt dicamus illum sanum, si ex illuuie oris hoc eueniat, quod si vero ex pulmonis aut iecinoris infectione, diuersum obtinere. Huc ꝑtinet quod scire sit, rem per caussam cognoscere, *cap. 2. lib. 1. poster. cap. intelligentia. & cap. propterea. de verb. sig.* Formalem caussam, † quoq; id efficere, 90
vt illa bene explorata dicamur rē cognoscere, inde metiemur, quod forma det esse rei, *l. si is qui quadringenta. ff. ad leg. Falcid. l. mulieris. § 1. ff. de verb. sig. l. Iulianus. 9. §. sed et si quis. ff. ad exhibend. l. hac consultissima. C. qui testam. facere poss.* Porro finalem caussam † eodem proficere edocemur, ex. 91
l. 1. ff. de except. doli mali. Hæc quamuis ita se habeant, † tamen ex re sta- 92
tuendum puto, an singularum caussarum cognitio ad illustrationem eius, de quo quæratur, sufficiat, an vero omnes coniunctim requirantur, vt libro Physicorum primo, *cap. 1. item. l. aut facta. ff. de pœnis l. prima. ff. de orig. iur.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
At vero plerumq; sequitur si alterum plurib. modis dicatur, & alterum pluribus dici, vt si iustum, & ipsum iniustum. Videtur autem tam	ἀκολουθεῖ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐὰν θάτερον πλεοναχῶς λέγηται, καὶ θάτερον πλεοναχῶς λέγεσθαι, οἷον εἰ δι:	*Plerumq; autem sequitur, vt si altera pluribus modis dicantur, alterorum quoque multi sint significandi modi: verbi gratia, si mul-*

iustitia, quam iniustitia pluribus modis dici. Sed quia propinqua est ipsarum aequiuocatio, latet; & non ita, vt iis, quae longe distant, est manifesta.

τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον. ἔοικε δὲ πλεοναχῶς λέγεσθαι ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀδικία. ἀλλὰ διὰ τὸ σύνεγγυς εἶναι τὴν ὁμωνυμίαν αὐτῶν, λανθάνει. καὶ οὐχ᾽ ὥσπερ ἐπὶ τῶν πόρρω δήλη μᾶλλον.

ta sint iusti significationes, erunt, & iniusti multae. Multis autem modis iustitia & iniustitia dici videntur. Sed quia valde est propinqua earum nominis communitas, & similitudo, idcirco obscurior est, neq; ita, vt in iis, quae longe inter se distant, apparet.

93 *At vero plerumq; sequitur, &c.*] Si quid variam significationem recipiat, idem plerumque in contrario quoq; euenire, intelligimus ex doctrina, supra tradita, & l. coniugatorum & deriuationis, *l. 1. cum §. seq. ff. de tutelis, Instit. de tutel. in princip.* item ex verbo iniuria, *l. 1. ff. de iniuriis.* iniquitatis, *l. 1. ff. de appellat.* comparatione cum iure & aequitate facta, vel inita collatione iusti & iniusti.

Translatio Argyropili.

Multum enim talia differunt forma. patet enim clauem aequiuoce dici, & eam quae sub collo est, animalium, & eam, qua ostia clauduntur.

Textus graecus.

ἡ γὰρ διαφορὰ πολλὴ, ἡ κατὰ τὴν ἰδέαν. οἷον ὅτι καλεῖται κλεὶς ὁμωνύμως ἥτε ὑπὸ τὸν αὐχένα τῶν ζώων, καὶ ᾗ τὰς θύρας κλείουσιν.

Translatio Zuuingeri.

Magna enim differentia est ea, quae ex specie est. Exempli gratia, clauis apud Graecos vno & communi nomine appellatur, & ea pars, quae ceruicibus animalium subest, & ea, qua ostia claudunt.

94 *Multum enim, &c.*] Hic repetenda sunt illa, quae supra de homonymia, item, de varia significatione verborum disseruimus. † Homonyma enim illa plerumque complectuntur, quae magno interuallo disiuncta sunt, vt in dictione *canis*, dum illam & animali terrestri, & maritimo, & syderi accommodamus, in appellatione clauis, apud Graecos eā partem, quae ceruicibus animalium subest, & qua ostia claudimus significat, in pronuntiatione muneris, *l. 18. ff. de verb. sig.* potestatis, *l. 215. eod. tit.* familiae, quae hereditatem, originem, item plures personas, quae sub domestico vnius sunt imperio, complectitur, *l. 195. pronuntiatio. §. familiae.*
95 *eod. tit.* Nonnunquam † vnum & idem verbum, & generis & speciei munus

nus obit, atque sustinet, vt in dictione adoptionis, *l. 1. & 2. ff. de adopt.* legis, iurisdictionis, actionis, obligationis, solutionis, quæ modo pleniorem, modo angustiorem interpretationem admittunt, His adscribi etiam verbum iuris & iniuriæ, iustitiæ & iniustitiæ, iusti & iniusti potest. nam modo omne designat, quod nedum natura, sed etiam lege iustum & iniustum est, *l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur.* dum iuris ministerio æquum ab iniquo, item iustum ab iniusto separamus. Hoc enim † in §. verba iuris & 96
iustitiæ generaliter accipiuntur, vt nedum id amplectantur, quod natura ita comparatum est, vt sunt æqua & iniqua, vt videre licet, *d. l. 1. §. ius naturale. & §. ius gentium*, cum legibus sequentibus, *l. probrum. 42. ff. de ver. sig. l. 1. ff. de furt. l. 2. C. de in ius vocand.* sed etiam, quod lege constitutum aut prohibitum sit, *l. 3. C. de legib. l. sunt quædam. l. in Ægypto. ff. de extraord. crim.* qua ratione vocabula iusti & iniusti generaliter, conditores iuris nostri accipiunt, *l. eos. C. de appell. l. 24. negotiorum gestor. ff. de appell.* quæ Iurisconsultus verbo iusti & iniusti, in specie sumto, separando eadem ab æquis & iniquis demonstrare voluit, *l. 1. ff. de appellat. item d. l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur.* Porro, *vt ait Aristoteles*, hæc ipsa res, sæpe homines fallere solet, quod propinqua illorum sit significatio. Nam, † si quis testa- 97
mento caueat, ne heres de iniuriis, quæ testatorem & fratrem, vel quem alium diu exercuissent, vllam litem prosequatur, exorietur illa quæstio, quod cum verbum, *iniuriæ*, contumeliam speciatim, & omne illud, quod non iure fiat, generaliter comprehendat, & multæ sint lites institutæ, quæ pertineant ad res non iure factas, & ad contumelias, an hic sermo generaliter, an vero specialiter exaudiri debeat; idem etiam in aliis disceptationibus euenire possit, si iubeat omnem actionem remitti, cum actio benigniorem, *l. actionis. ff. de obl. & act.* & strictiorem interpretationem recipiat, *l. agi. ff. eod. tit.* Si princeps concedat, alicui castrum, cum iurisdictione, quem intellectum huic verbo adscribere debeamus, cum generis & speciei prouinciam tueri soleat, generis, vt in inscriptione tituli de iurisdictione, *l. 1. ff. de eo cui mandata iurisdictio est, l. 1. ff. de offic. præfecti vrbi,* speciei, *vt l. 1. ff. de constit. l. merum. §. iurisdict. ff. de iurisd. om. iud.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Sumatur igitur quot iniustus dicitur modis. Atq; vi-	εἰλήφθω δὴ, ὁ ἄδικος ποσαχῶς λέ-	*Hoc igitur sumtum sit quot modis homo iniustus di-*

detur iniuſtus eſſe, & qui a legibus exorbitat, & qui plus capit, atque iniquus, quare patet & iuſtum eſſe eum, qui legitime facit, & eum, qui æquus eſt, iuſtum ergo eſt, quod eſt legitimũ, & quod eſt æquum. Iniuſtum vero quod eſt contra leges, & quod eſt iniquum.

γεται, δοκεῖ δ' ὅ τε πα- ράνομος ἄδικος εἶναι, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος, ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται ὅ τε νόμιμος, καὶ ὁ ἴ- σος. τὸ μὲν δίκαιον ἄρα τὸ νόμιμον καὶ τὸ ἴσον. τὸ δ' ἄδικον τὸ παράνομον, καὶ τὸ ἄ- νισον.

catur. Et vero videtur iniuſtus eſſe & is, qui contra legem committit, & is, qui ſibi plus vendicat, quam par ſit, quique inæqualis eſt. Ex quo perſpicuum eſt, iuſtum quoque futurum & eum, qui legibus pareat, & eum, qui æquus ſeu æqualis ſit. Ius igitur erit, tum id, quod legibus ſancitur, quod legitimum appellant, tum id, quod æquum eſt: & contra iniuriã, tum id, quod in legem committitur, tum id, quod iniquum eſt.

Sumatur igitur, &c.] Docet hoc loco Ariſtoteles, quot modis iniuſtus aliquis dici & appellari poſſit, vt tanto expeditius poſtea demonſtrare poſſit, quis iuſtus cenſendus ſit, poſita ſcil. illa regula, quod cognito vno
98 contrariorum cognoſcamus & reliquum. Ediſſerit itaq; quo pacto iniuſtus, quis duob. † modis dicatur. Primo, qui contra legẽ facit, ſecundo, q ſibi plus adſerat, quam par ſit. In legem quis multis modis cõmittere dicitur, q illa aggrediatur, quæ lege prohibita ſint, & in ſpecialis iuſtitiæ cauſſam non incidant, veluti dum fortitudinis, prudentiæ, temperantiæ, par-
99 tes requirit, *de quibus poſtea.* In legem deinde † committit, qui illud facit, quod natura flagitioſum non eſt, ſed tamen ob circumſtantias loci, aut alias, lege vetatur, *l. ſunt quædam ff. de pub. iudiciis. l. in Ægypto. eod. tit.* item & ille, qui legi quędam illi præſcribenti, & ab illo exigenti non obtemperat, *l. 2. C. de legib. l. Lucius, 21. ff. ad municip. l. 3. §. quod pater. ff. de munerib. & honorib.* Huc pertinet, quod lex ſit, commune præceptum, & reipub. communis ſponſio, *l. 1. ff. de legib.* Porro, qui in diſtributione honorum, & munerum, *d. l. 3. ff. de muner. & honor. §. præſes,* itẽ remunerationis *l. 1. §. in honorariis. ff. de extraord. cog.* pœnarum, *l. perſpiciendum. ff. de pœnis.* in commutatione rerum, *l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. l. 1. ff. de contrah. em. §. illud. Inſt. de societ.* modum plus vel minus dando vel accipiendo

piendo excedit, is iniquus ab Aristotele dicitur, non quod talis, † contra legem non prævaricetur, sed convenientius ipso iniquitatis nomine desi- 100
gnari videatur, & quod secundum traditionem nostrorum, quotiescunq; vnum & idem verbum generis & speciei provinciam in significando tueri solet vt proponi exemplum potest in dictione, pactum, q complectitur contractus & pacta in specie, siue conuentiones nudas, *l. 7. iuris gent. ff. de pact.* beneficii, quo comprehendimus priuilegium, rescriptum & beneficium in specie, vt memoriæ prodiderunt nostri Doctores, *l. 3. ff. de condit. inst.* q deducitur in institutionẽ in specie, & substitutionẽ, *l. 1. ff. de vulg. & pupil. substit.* tunc illud verbum sine distinctione prolatũ in dubio, magis † 101
exaudiamus in specie, quam generaliter. Secundum doctrinam nostrorũ, *in l. condictio ff. de reb. cred. si cert. petatur*, & definitionem, *l. legatum ff. de legat. 2. item l. 7. filiusfamilias. §. sed enim. ff. de donat.* vbi idem seruatur in verbo donationis. Inde adeo cum pronuntiatione illegitimi contineatur illud, quod iniquum est, & illegitimum in specie, in dubio specialis significatio præferenda videtur.

Translatio Agyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Cum autem iniustus & pluris sit auidus, non erit ipse circa omnia bona: sed circa ea duntaxat, in quibus consistit prospera fortuna atq; aduersa: quæ simpliciter quidem semper sunt bona, alicui vero non semper.	ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος, περὶ τἀγαθὰ ἔσται, οὐ πάντα, ἀλλὰ περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία, ἃ ἐστὶ μὲν ἁπλῶς αἰεὶ ἀγαθά, τινὶ δὲ οὐκ αἰεί.	*Quoniam autem iniustus etiam plus bonorum, quam par sit, sibi deposcit, ac vendicat in bonis erit occupatus, nõ omnib. sed in iis duntaxat, in quibus secunda & aduersa fortuna locum habet; quæ sunt bona simpliciter & absolute quidem illa semper, sed huic vel illi non semper.*

Cum autem iniustus, &c.] Cum alia bona sint animi, corporis alia, deniq; alia fortunæ, iniustus plerumq; peccatum contrahere cõsueuit circa 102
illa bona, quæ a fortuna proficisci solent, vt plura † in se deriuet, quam par sit, *Nouell. 64. §. aiunt, cap. in singulis, dist. 86.* Enimuero quãuis desideriũ ipsius, qui ad potiorẽ conditionẽ adspiret, & rem familiarẽ augere

DD 2

atque propagare cupiat, non sit improbandum, *l. cura. §. 1. ff. de munerib. & honor. l. si defunctus. C. arbitrium tutelæ.* tamen si eo minus honesta ra-
103 tione, † viam munire velit, iniustus censeri debet, cum lædat illam socie-
tatem, quam omni studio complecti & firmare debebat, *l. vt vim. ff. de iust. & iur. cap. forte &. c. neq. & c. demq. 14. q. 5.* Accedit, quod, vt recte commemorat hoc loci Aristoteles, non debeamus plura expetere, quam
104 nostræ personæ conueniat, cum, si modum † excedant, obruant nos
potius, quam quod illa, quæ necessaria sint expediant, *c. quisquis. cap. quod dicit, dist. 41. cap. clerici, cap. duo, 12. quæst. 1.* idque iustiori ex caussa locum habebit, si minus probata ratione eodem nitamur, & infinita adfectemus, hoc enim iniusti proprium est, *l. 1. C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur, l. item videamus. ff. de in litem iurando. l. ne quidquam. §. fin. ff. de off. procons. l. omnes. l. iubemus, C. ad leg. Iul. repetund. cap. quia nonnulli. de cler. non residentibus. cap. de multa, de prebendis.*

Translatio Agyropili.

Homines autem illa sibi optant, atq. persequuntur, at non oportet. Sed optare quidem ea, quæ sunt simpliciter bona, & sibiipsis esse bona: expetere autem ea, quæ sibiipsis sunt bona oportet.

Textus græcus.

οἱ δ' ἄνθρωποι ταῦτ' εὔχονται καὶ διώκουσι· δεῖ δ' οὔ· ἀλλ' εὔχεσθαι, μὲν τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ, καὶ αὑτοῖς ἀγαθὰ εἶναι, αἱρεῖσθαι δὲ, τὰ αὑτοῖς ἀγαθά.

Translatio Zuuingeri.

Homines autem hæc votis omnibusq. expetunt, ac persequuntur: quod facere non oportet, sed optare sane, vt quæ simpliciter bona sunt, ea nobis quoque bona sint: eligere autem ac sumere, quæ nobis sunt bona.

Homines autem illa, &c.] Quod mortales horum commodorum studio deflagrent, res ipsa indicat, & leges supra a nobis in caussam deductæ, & infinitæ aliæ, quibus huiusmodi cupiditati occurritur, *l. si constiterit. C. finium regundorum. l. si quis in tantam. C. vnde vi, l. in re communi. ff. de seruit. vrbanorum. præd. l. si irruptione. 8. ff. finium regundorum, l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præsid. l. qui iurisdictioni præest, ff. de iurisd. omn. iud. l. vnica, C. ne quis in re sua iudicet, cap. suggestum, extr. de decimis. cap. auaritiæ, de elect. in 6. extr. exsecrabilis. de prebend.* Quod autem facultatem horum bonorum optare debeamus, argumentum præbet, quod nos sine his
105 neque tolerare, neque vitam tueri † possimus, *l. verbo victus, ff. de verb. sig. l.*

sig. l. necare. ff. de liberis agnosc. l. 2. ff. de l. Rhodia de iactu. §. cum in eadem. l. illicitas, §. ne tenuis. ff. de off. præsid. vnde conatus & consilia, hæc præsidia comparandi in reprehensionem non incidunt, *d. l. defunctus. C. arbit. tutel.* item, *l. quicunq. l. cum auctoritate. C. de omni agro desert. lib. 11. l. 2. C. de fundis rei priuatæ, l. fin. C. de locat. fundorum patr. eod. libro.* Ceterum vt Aristoteles mox subnectit, illa sunt † eligenda, quæ nobis sunt bona, id est, quæ nostræ personæ & conditioni congruentia sint, *vt d. cap. quisquis dist. 41. & cap. quod dicit dominus. l. in honoribus. §. fin. ff. de munerib. & honor. l. 1. §. an & philosophi, ff. de extraord. cognit. d. cap. quia nonnulli, de clericis non residentibus.* 106

Interpretatio Argyropoli.

Iniustus autem non semper plus, sed minus etiam expetit in iis, quæ sunt simpliciter mala. Sed quia videtur & minus malum quodammodo bonum esse, & plus habendi cupiditas ipsius est boni: fit vt pluris ob idipsum videatur, auidus esse.

Textus græcus.

ὁ δ' ἄδικος, οὐκ ἀεὶ τὸ πλέον αἱρεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ ἔλαττον ἐπὶ τῶν ἁπλῶς κακῶν. ἀλλ' ὅτι δοκεῖ καὶ τὸ μεῖον κακὸν ἀγαθόν πως εἶναι, τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἐστὶν ἡ πλεονεξία. διὰ τοῦτο δοκεῖ πλεονέκτης εἶναι.

Interpretatio Zuuingeri.

Sed iniustus non semper id, quod plus est, eligit, verum etiam, quod minus est, in iis, quæ absolute mala sunt. Sed quia videtur etiam minus malum quodammodo bonum esse: cupiditas autẽ eius, quod plus est, boni cupiditas est: idcirco videtur ille esse eius, quod plus est, appetens & cupidus.

Iniustus autem non semper, &c.] Quod autem iniusti studia etiam in illa distributione deprehendantur, quę ex duobus malis siue incommodis, eligimus † id, quod minus est, apparet ex *§. illud, Inst. de societate item l. 23. de illo, item, l. 29. si non fuerint. & seq. l. Mutius. l. 76. societatem. ff. pro socio. l. omnes. C. de ædif. publ. l. granatos. C. de censib. & censit. l. 3. §. præses, ff. de munerib. & honorib. & l. rescripto. l. munerum. eod. tit.* quibus cauetur, ita contractam societatem censeri, vt quæ lucri eadem & damni ratio habeatur, item vt circa munera, item alia onera, quæ ciuibus imponi solent, ordinis, proportionis, & facultatum, habeatur ratio, neque morem gerendum illis, qui subdole se subtrahendo talia onera in alium deriuant, vel leoninam quandam communionem instituunt. 107

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Est autem iniquus (hoc enim continet, & est commune) & legum transgressor, hoc enim, legū inquam transgressio, id est iniquitas, omnē iniustitiam continet, & est ad iniustitiam omnem commune.	ἔστι δ' ἄνισος καὶ παράνομος. τοῦτο γὰρ (ἡ παρανομία) περιέχει πᾶσαν ἀδικίαν καὶ κοινόν ἐστι πάσης ἀδικίας.	*Porro iniquus etiam contra legem peccat. Nam hoc ipsum, quod peccatum in legem dicimus, omnem iniustitiam continet, omniq; iniustitiæ commune est.*

Est autem iniquus, &c.] Hæc verba omnia, siue ab Aristotele ita concepta fuerint, siue, *vt existimat Zuingerus*, temere ex marginali annota-
108 tione irrepserint, suā interpretationem supra acceperunt, παρανομία nedū id complecti, q̄ illegitimum, † sed etiam quod iniquum sit, vt scilicet in demonstrando geminam operam accommodet, & generis, & speciei, vt adoptio continet adoptionem in specie & arrogationem *l. 2. ff. de adop.* vt etiam accidit in verbo legis, *l. 1. ff. de legib. §. lex. Instit. de iur. natur. gent. & ciuil.* præsidis, *l. 1. ff. de offic. præsid.* Iurisdictionis, *l. 3. §. fin. ff. de iurisd. omn. iud.* actionis, *l. actiones. & l. agi. ff. de oblig. & act.* solutionis, *ff. de solut:* faciendi, *l. verbum faciendi. ff. de verb. sig.* pacti, beneficii, institutionis, & infinitis pene vocabulis, quæ passim in iure nostro occurrunt.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Cum autem legum transgressor sit iniustus, qui vero legitime facit iustus, constat omnia legitima esse quodammodo iusta, ea namque, quæ a facultate ferendarum legum sunt definita, legitima sunt, & horum vnumquodque iustum dicimus esse.	ἐπεὶ δ' ὁ παράνομος ἄδικος ἦν, ὁ δὲ νόμιμος δίκαιος, δῆλον, ὅτι πάντα τὰ νόμιμά ἐστί πως δίκαια. τά τε γὰρ ὡρισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς νόμιμά ἐστι, καὶ ἕκαστον τούτων δίκαιον εἶναί φαμεν.	*Quoniam autem eum, qui contra leges committit, iniustum esse dixim': qui vero leges seruat, iustum: perspicuum est, ea omnia, quæ legitima sūt, quodammodo esse iusta. Nam cum ea, quæ a scientia legum ferendarum descripta & definita sunt, legitima sunt, tum vnum quodq; horum ius esse dicimus.*

Cum

Cum autem, &c.] Aristoteles secutus supra a se propositam enuntiationem, quod cognito vno contrariorum & reliquũ censeamur cognoscere, idq́; etiã in caussis, forma, fine, itẽ coniugatis euenire, apposite principio præsentis sectionis siue paragraphi infert, quod si concedamus illum, qui in legem committit, iniustum esse, qui easdem seruet, iustum, † 109
consectarium, quoq; videri, vt omnia, quæ legitima sunt, quodammodo sint iusta, *arg. l. 1. ff. de tutel. Instit. de tutel. in princip. & §. 1.* Subiicit deinde, quod cum ea, quæ a scientia legum ferendarum, siue Iurisprudentia sunt definita sint legitima, horum quodque iustum esse dicendum. Quod conuenit enim generi, † si vniuersum sumatur, idem quoque speciei 110
conueniat necesse est. Si omne animal est corpus sensibile, erit & homo, si omne, quod vxoris caussa paratum sit legetur, quod etiam emtum erit cedet legato, *l. si quid earum. §. inter emt. ff. de legat. 3.* si in omni credito sequimur fidem alicuius, *l. 1. ff. de reb. cred. si cert. pet.* idem quoque probabimus in mutuo, quod verbum credidi complectitur, *l. 2. §. creditum. ff. de reb. cred. si cert. pet.* Huc pertinet illa iuris definitio, quæ de toto dicta sunt, eadem etiam in parte intelligenda, *l. quæ de toto. ff. de rei vindicat.*

Translatio Argyropili.

Ipsæ autem leges de omnibus dictant, coniectantes aut communem omnium vtilitatem, aut optimorũ aut principum, vel virtute, vel aliquo alio tali modo.

Textus græcus.

οἱ δὲ νόμοι ἀγορεύουσι περὶ ἁπάντων, στοχαζόμενοι ἢ τοῦ κοινῇ συμφέροντος πᾶσιν, ἢ τοῖς ἀρίστοις, ἢ τοῖς κυρίοις, ἢ κατ' ἀρετὴν ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον τοιοῦτον.

Translatio Zuuingeri.

Leges autem omnibus de rebus ita loquuntur, vt vel communem omnium vtilitatem spectent, vel optimorum, vel eorum, penes quos summa rerum est potestas, & vel secũdum virtutem vel secundũ quem alium modum talem.

Ipsæ autem leges, &c.] Legum officium est, vt de omnibus controuersiis 111
ita loquantur, *vt ait Aristoteles*, † vt communem omnium vtilitatem spectent, *l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur. l. 1. ff. de vsucap. l. off. l. milit. ff. de re milit. l. imperial. C. de nupt. Lampliorem. C. de appel. authent. res quæ. C. comm. de legat. c. imperialis. de prohibit. feud. alienat. per Fredericum*, aut optimorum, *l. fin. ff. de iust. & iur. l. 3. §. si præses. ff. de munerib. & honorib. l. prima. ff. de albo scribend. l. fin. C. vbi senat. vel clarissimi, vel eorum, penes quos summa*

est potestas, vel secundum virtutem, *vt l. si quemquam. C. de episc. & cler. c. licet ergo. c. 8. q. 1.* vel aliũ quendã modum, vt successionis, *cap. licet, de voto & voti redem. c. 1. quis sit dux marchio item c. 1. de feudo marchia,* quo sc. quisq; iure aut priuilegio vtatur, *vt l. 1. ff. de const. prin. l. fin. C. de leg. l. fin. C. de quadr. praesc. l. 1. C. de consul. lib. 12. l. 1. & tot. tit. C. de dignitat. & tit. seq.* Meminisse autem conuenit, verba Aristotelis duplicem accipere intellectum, vnum, vt accipiatur de forma administrandæ reipublicæ, regno scilicet, optimatium, item & populi moderatione, de quibus generibus tractandæ reipublicæ, in collatione politicorum cum nostris legibus disserimus, exhibetque triplicem illam gubernandæ reipublicæ rationem, *lex. 2. ff. de orig. iur.* Qui sensus, vt verbis Aristotelis magis conueniat, ita sane scru-
112 pulo non caret, quod † iustitiæ finis non consistat in ornandis reipublicæ moderatoribus, sed in concilianda hominum integritate, *l. 1. § 1. ff. de iust. & iur.* de vincienda illa communi societate, *l. vt vim ff. de iust. & iur.* & deniq; animæ salute curanda, *l. 1. C. de summa Trinitat.* Alter intellectus est, quem supra exposui, & qui officio iustitiæ accommodatior sit.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Quare vno modo dicimus iusta ea, quæ felicitatem, eiusque partes societati ciuili efficiunt & conseruant.	ὥςε ἕνα μὲν τρόπον δίκαια λέγομεν; τὰ ποιητικὰ καὶ φυλακτικὰ τῆς εὐδαιμονίας κὴ τῶν μοείων αὐτῆς τῇ πολιτικῇ κοινωνίᾳ.	*Quocirca vno modo iura appellamus ea, quæ vitam beatam, eiusque parteis ciuili societate conciliare & conseruare possunt.*

113 *Quare vno modo, &c.*] Iura eo pertinere, vt vitam beatam † ciuili societate cõciliare possint, intelligimus ex procemio Digestorum, Codicis, & Inst. *l. humanum. C. de legib. l. 1. ff. de nund. l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur. l. 2. ff. de legib. l. vt vim. ff. de iust. & iur.* Porro non totius corporis solum, sed etiam singularum partium, vt illis, quod felix & decorum sit constet, apud nostros Legislatores excubasse apparet, ex collatione singulorum ti-
114 tulorum, cum generali iuris † constitione, quippe cum turpis quæque pars censeatur, quæ suo toto apte non cohæreat, *cap. 1. & cap. nolite, dist. 11. §. fin. Instit. de satisd. cap. quæ contra, dist. 8. l. Titia, ff. de aur. & argent. legat.*

Trans-

Interpretatio Argyropili.	Textus græcus.	Interpretatio Zuuingeri.
Præcipit autem lex & ea agere, quæ ad virum pertinent fortē, vt non deserere locum in acie, non fugere, non arma abiicere.	Προστάττει δ' ὁ νόμος, καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν, οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν μηδὲ φεύγειν μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα.	*At lex quidem & viri fortis muneribus fungi iubet, vt locum atq; ordinem in acie tenere, neq; fugere, neq; arma abiicere.*

Præcipit autem lex, &c.] Quod lex fortitudinis operam, † etiam desideret, apparet *ex l. 2. ff. de re milit.* quod graue probrum censeatur, si miles se dedat, ordinem non seruet, sed agmen excedat, *l. 3. §. sed qui arma abiiciat. l. antepen. eod. tit.* Vnde etiam, † qui in acie prior fugam fecerit, spectantibus militibus, capite puniendus sit, *l. 6. omne delictum. eod. tit.* quod idem statuatur in illo, qui propositum non protexit, *d. l. 6. §. qui propositum. eod. tit.* aut qui castra sibi, & suæ custodiæ commissa, per metum hosti aperit, *l. 3. ff. ad l. Iuliam maiest.* Eodem pertinet, quod serui, qui defensioni sui domini † se non offerunt, vltimo supplicio damnentur, *l. 1. & tot. tit. de senat. Sylian.* quod iudex, qui per metum non iustam ferat sententiam, litem suam faciat, *c. l. 1. de re iudicat.* quod vani timoris nulla sit excusatio, *l. 13. si ab alio. ff. de re iudicat. item l. 2. & 3. ff. ex quib. caus. maior. in integ. rest.* quod denique generaliter præcipiatur, illum esse in vitio, qui cum † ab alio vim intentatam propulsare possit, id non fecerit, *c. non in inferenda. 23. quæst. 3.*

115 116 117 118

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et item ea, quæ sunt temperantis, vt non committere adulterium, non libidine vti. Et etiam ea, quæ sunt mansueti, vt non pulsare, non conuicia dicere.	καὶ τὰ τοῦ σώφρονος, οἷον μὴ μοιχεύειν, μηδὲ ὑβρίζειν. καὶ τὰ τοῦ πρᾴου, οἷον μὴ τύπτειν, μηδὲ κακηγορεῖν.	*Et temperantis, vt non adulterari, neq; cuiquam stuprum inferre: & lenis ac mansueti, vt neminem verberare, neque cuiquam maledicere.*

Et item ea, quæ sunt temperantis, &c.] Quod lex etiam temperantiæ officia exigat, argumentū præbere potest totus titulus, *C. & ff. ad leg. Iul. de adult. item l. fin. C. de natural. lib.* quæ dictat, † legitima thori consuetu- 119

EE

dine, quem operam liberis dare debere, *item l. 1. ff. de extraord. crim.* quæ sollicitatores alieni matrimonii, item puellæ appellatores, etsi effectu sceleris potiti non sint, graui pœna coercet, itē, dū non probat mores nimio cibo se infarcientium, vel potu madentium, *l. 1. & 2 ff. de seru. corrupt. l. pen. l. 12 milit. ff. de cust. & exhib. reor. l. 1. C. si quis Imperatori maledixerit, cap. sane*
120 *& cap. inebriauerunt. 15. q. 1.* sed † vescendi bibendique rationem statuit, ex modo vel consuetudine honestiorum, cum quib. viuatur, *c. quisquis q. 1.* quod & ipsum probat in moderatione munerū, quæ recipiantur, *l. solet. §. fin. ff. de off. procons.* Mansuetudinis partes nedum iudici præscribit, *l. obser-*
121 *uandum. ff. de off. psid. l. si vindicari ff. de pœnis,* sed & omnib. † *l. si non conuitii C. de iniuriis. & tot. tit. ff. de iniuriis.* Huc referri deniq; omnia illa possunt, quę initio nostri capitis in verb. *mediocritas,* ordine digessimus, vbi per omnia pene virtutis membra decurrentes, quid in quaque parte obtineat, non dissimulauimus. Sed neq; prudentiæ ornamenta iure nostro neglecta sunt, cum nedum in Legislatore, *l. 1. ff. de legib.* iudice *l. fin. ff. de extraord. cognit, l. 1. C. de pœna. iud. qui male. iud. l. 1. ff. de appellat. §. 1. Inst. de obligat. quæ ex delict. nasc. l. cum filiusfamilias. ff. de iudiciis,* in clericis, *cap. 1. de scrutinio,* in episcopis & aliis prælatis, *cap. cum in cunctis,* sed etiā in aliis ho-
122 minibus illam requirunt, † quod imperitia culpæ annumeretur, *l. imperitia. ff. de reg. iur.* & culpa sit non intelligere, quod communis hominum natura desideret, *l. 223. lata. ff. de verb. oblig.* Ceterum animaduertēdum est, modo maiorem, modo minorem prudētiam, pro qualitate personarum,
123 rerum, contractus, &c. postulari, quod modo † lata, vt in deposito, *l. quod Nerua,* modo leuis, vt in venditione & aliis contractibus, *l. 23. contract. b.* modo leuissima culpa præstanda sit, *l. in re commodata. ff. commodati,* in mandato procuratoris, *l. a procuratore. C. mandati.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et in ceteris itentidem virtutibus atq; vitiis, alia iubent alia vetans.	ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ μοχθηείας. τὰ μὲν κελεύων, τὰ δ' ἀπαγορεύων.	*Itemque in ceteris virtutibus ac vitiis, partim iubendo, partim vetando.*

124 *Et in ceteris, &c.*] Legis virtus est, † nedum iubendo & vetando rationes

nes

nes reipublicæ firmare, sed & permittendo, exhortando, puniendo, *l. legis virtus. ff. de legib. l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur.* iubendo, dum cogit, quē obtemperare magistratui, *l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemp.* promulgatæ legi ab illo, qui id statuendi facultatem habēt, *l. 3. C. de legib.* permittendo, dum concedit, vt quisque suam conditionem meliorem facere possit, occupandi illa, quæ in nullius bonis sunt, *tot. titul. de acquir. rerum domin.* testandi ius omnibus impertit, *l. lege obuenire, l. his verbis ff. de verb. sig. l. prima. ff. ad leg. Falcid.* commercia introducit, *l. ex hoc iure*, exhortando autem, puta præmiis propositis, vetando autem deuincit hominum inter homines societatem, dū interdicta prohibitoria introducit, in rebus sacris, sanctis, publicis, tot. tit. ne quid in loco sacro, item ne quid in loco publico fiat, item *tit. de fluminibus*; præterea, dum omnem vim, dolum, fraudem damnat & exsecratur, *tot. tit.* quod metus caussa factum, item de dolo malo, de restitutione in integrum, dum delicta omnia, tam priuata, quam publica cauenda, atque ab illis abstinendum esse statuit, *l. 1. & tot. tit. ff. de priuat. delict. & tot. libro. 47. & 48. item C. lib. 9.* Quibus etiam in libris legislatores, in puniendis delictis occupati sunt; quod expediat reipub.† 125
ne crimina maneant impunita, *l. 51. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. qui seruum. ff. de interrogat. act.* quodq; vigor publicæ disciplinæ id exposcat, *l. locatio. §. illicitas*, item vt peccantis audacia refrenetur, *l. operis. C. de pœnis, l. 18. si pœna. ff. eod.* vt alii exemplo docti a flagitiis deterreantur, *l. capitalium. §. fin. ff. eod. tit.* vt tumultus, & seditionis occasio amputetur, *l. non est singulis. ff. de reg. iur. l. addictos. C. de episcopali. aud.* vt tuta inter malos possit esse innocentia, *cap. 1. dist. 4.* vt denique læsis & reipublicæ certa ratione satisfiat, *§. pœna, Instit. de iniuriis, d. l. capitalium. §. fin. ff. de pœnis. l. 1. C. ad leg. Iul. repetund.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Recte quidem ea, quæ recte posita est: deterius autem ea, quæ inconsulte est exarata.	ὀρθῶς μὲν ὁ κείμενος ὀρθῶς. χεῖρον δ' ὁ ἀπεσχεδιασμένος.	*Recte quidem ea lex, quæ recte ac salutariter: perperam autem, quæ negligenter & inconsiderate lata est.*

Recte quidem, &c.] Occurrit Aristot. tacitæ obiectioni, quæ moueri poterat, non omnes leges ita comparatas esse, quod nōnullæ negligenter

& inconsiderate latæ sint, vt illa edicta tyrannidis, de quibus, *l. decernimus. C. de sacrosanctis ecclesiis*, omnes leges, plebiscita, senatusconsulta, consti-
126 tutiones, edicta, responsa, quæ iuri diuino † aduersantur, *l. 1. C. de summ. Trinitat. cap. Imperatores, dist. 9. cap. Imperatores. 11. q. 3. cap. sunt quidam. 25. q. 1.* quæ ius naturale infringunt atq; tollunt. *§. fin. Inst. de iure natur. gent. & ciuil.* quæ contra bonos mores sunt, atque peccandi occasionem præbent, *cap. fin. de consuetud. cap. quanto. de iureiur. l. pacta. C. de pact.* Istæ enim & similes dispositiones legis nomine appellandæ non sunt, *cap. erit. dist. 4.* quod careant ratione, quæ in omni lege & canone requiritur, in
127 quam sententiam † Cicero legem nihil aliud esse profitetur, quam rectam & a numine Deorum tractam rationem, imperantem honesta & prohibentẽ contraria, cui definitioni optime respondent, quæ ex Chrysippo, † *l. 2. ff. de legib.* annotauit Martianus, in hæc verba: ὁ νόμος πάντων
128 ἐστὶ βασιλεὺς, θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι καλῶν, καὶ τῶν αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα. καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων, καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων. προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον, id est, *lex est omnium diuinarum & humanarum rerum regina. Oportet autem eam esse præsidem & bonis & malis: & principem & ducem esse: & secundum hoc regulam esse iustorum & iniustorum, & eorum, quæ natura ciuilia sunt, animantium, præceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem non faciendorum.* Adhibita illa etiam consideratione, quod in illud, quod præualeat, vt ius diuinum, ius naturæ, bonos mores, nihil possint, *l. Labeo, §. fin. cum leg. seq. ff. de recep. arbit. & dict. cap. Imperatores. d. 9.* Nec mouet, quod lege non omnium ff. de legibus, comprehendatur, non omnium rationem reddi posse: sensus enim legis est, rem ipsam non concedere, vt † de omnibus naturalis aliqua ratio reddi possit. Si enim quæratur, quare vsucapio triennio potius, quam quadriennio, item præscriptio decem aut viginti annis, magis quam citeriori aut vlteriori tempore finiatur, non poterit concludens caussa a naturali ratione petita expromi: præter illam generalem, quod tale tempus semel definiendum fuit, & quod nobis in his & similibus, vt si de numero te-
129 stium in vltima voluntate quæratur, † debeat sufficere auctoritas superiorum, quibus nobis obtemperandum est *cap. solitæ. de maioritat. & obed. cap. 1. & 2. eod. tit. l. 3. C. de legib. l. sacrilegii. C. de sacrileg.* cum talia statuta non contrahant illam labem, de qua mentionem fecimus, quod cum iure diuino, naturali, & bonis moribus pugnent. Igitur illa lex merito vocanda

eanda est, quæ recte & salutariter lata, stabiliat, quæ bona sunt, *l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur. l. 2. ff. de legibus.* quæ mala sunt tollat atque submoueat.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Hæc igitur iustitia, perfecta quædam est virtus: at non absolute, sed ad alium.	αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη ἀρετὴ μὲν ἐστὶ τελεία, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ πρὸς ἕτερον.	*Hæc igitur iustitia, virtus est illa quidem perfecta, non tamen simpliciter, neq; absolute, sed si ad alterum referatur.*

Hæc igitur iustitia, &c.] Quæ hoc loco commemorat Aristoteles, obscuriora sunt, quam vt facilem explanationem recipiant: Si iustitia virtus sit perfecta, non tamen simpliciter, sed si ad alterum referatur: quomodo poterit dici vniuersalis, cum talis descriptio particulari iustitiæ conuenire videatur. Proposita † difficultas, meo iudicio, ita discuti poterit, si 131
cum quatuor sint præcipuæ virtutes. *vt ostendit Cicero in libro Rhetor. ad Herenn. D. Augustinus libro de moribus eccles. cap. 15. item lib. 15. de ciuitate Dei. cap. 22. Diuus Thomas prim. part. 2. q. 55. art. 1. Franciscus Picolomineus grad. 4. cap. 27.* prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, quo scilicet aliæ omnes virtutes referri possint. Iustitia particularis, illa scilicet, intelligatur, quæ in recta, atque æqua distributione & commutatione rerum versetur. Vniuersalis sit, quæ vi sua etiam alias virtutes complectitur, non quidem absolute, sed quoad ad alterum referantur. Si quis eximia cognitione rei præclare excellat, merito ille quidem laudandus erit, non tamen propterea iustus appellari poterit; aut contra, qui ad illum notitiæ gradum non peruenit iniustus, quippe quod nedum prudentia, *vt docet Aristoteles, infra lib. 6. cap. 5.* sed & sapientia, *cap. 7.* scientia. *cap. 3.* ars 132
cap. 4. a iustitia diuisæ atque separatæ sint. Ceterum si tractetur, † de magistratu aut iudice, qui sententia sua innocentem adflixerit, aut bonis euerterit, merito illum iniustitiam commisisse constituam, & si quis requirat, an vniuersalem, an vero particularem, distinctione adhibita proponam interesse, an dolo id factum sit, an imperitia, vt hic priori in significatione illam læsisse videatur, *l. rem non nouam. cum authent. seq. C. de iudiciis. l. 1. ff. de appell. Inst. de oblig. quæ ex delict. nascuntur, cap. qualiter & quando. extr. de accusat.* illic vero, puta si sordibus corruptus, aut gratia victus, inimicitiis impulsus, id fecerit, *l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis §. sed*

EE 3

si Iudex.l.1.§.praeterea.ff.ad l.Cornel.de sicariis.l.6.& 7.ff.ad leg.Iul repetund.l.1.& authent.nouo iure.C.de pœna iudicis qui male iudicauit,c.em.1 de re iudicat.l.cum filiusfamilias,ff.de iudiciis, iustitiam in specie acceptam
133 offendisse intelligatur. Eadem distinctio in medico, † *l.illicitas.§.sicuti artifice,l.item quaeritur.§.si gemma*, & *omnibus aliis*, qui vt periti operam suam locant. *l.imperitia,ff.de reg.iur.* probari & procedere potest. Qui mercede accepta, vt miles conuenientem personæ suæ operam non edit, is iniustus videri poterit:quod si vero nullis stipendiis militet, vt ciues vel vt antiquitus milites solebant, magis in generalem iustitiam peccasse intelligetur, quod magistratui dicto audiens non sit, *l.3.§ grauius.ff.de re militari.l.29.incola.ff.ad munic.l.iubemus.C.de sacrosanct.eccles.cap.peruenit.de immunit.eccl.cap.omnium vestrum.23 q.8.l.1.ff.si quis ius dicent.non obtemp.*
134 Qui cum iudex esset † grauiorem, quam par est, sententiā iratus profert, is contra iustitiam angustiori in significatione acceptam, facere videtur, *l.si vindicari.C.de pœnis, cap.cum Thessalonica.11.q.3.* si priuatus atra bili commotus quædam maledicta ingesserit, intemperans potius iudicari debet. Huc pertinet, quod iustitia particularis non laboret de liberalitate, de magnificentia & multis aliis virtutibus, quas tamen leges exigere, ostendi, initio primi capitis, His ita digestis, non possum silentio in-
135 uoluere sententiam Francisci Picolominei, † *in philosophia morali, cap.30.* qui iustitiam generalem dici deprædicat per relationem, vt commemorat philosophus; sed hoc aliud quadruplici ratione considerari debere: vel enim esse personas, cum quibus agimus tribuendo cuique, quod suum est, neminemque aut opera, aut verbo lædendo: vel esse leges, quibus qui obtemperat, præcepta seruet, omnium virtutum: vel tertio esse res, in quibus versemur, siue enim in voluptate, siue in pecunia, siue in honore, siue ira, siue in alio quouis versemur: dum enim vnicuique tribuimus, quod illi competit, tanti id nos facere, quanti fieri debet, & eam portionem nos recipere, quæ nobis congruat; vel demum esse facultates animæ nostræ, in quibus iustitia refulgeat, dum inuicem ita se habent, vt inferiores obtemperent superiorib.& superiores recte imperent. Hanc obseruationem eruditi, atque de philosophia morali, optime me-
136 riti viri, ita vt concepta est, probare † non possum. Primo quod legum præscripta inter partes iustitiæ generalis recenseat, cum Arist. distinctio hoc capite, si sectionem Argyropili. *§.est autem iniquus*, aut si diuisionem Zuuingeri probemus, *cap.2.circ.fin.& cap.3.* proposita, nos doceat, quod legitima

legitima iustitia illa sit, quæ vniuersalis vocetur, deinde quod huic iustitiæ quarto loco adscribat illas animæ facultates, de quib. supra commemini, quæ ita acceptæ, omnes virtutes absolute continerent, non quæ ad alterũ referuntur, sed etiã, q̃ talem relationem non haberent. Quæ consideratio hactenus subsistere poterit, quoad legũ imperium, aut cura eo etiã deriuari solet. Enimuero leges nõ permittunt, vt aliquis sibi manus inferat, *tot. tit. ff de bonis cor. qui sibi mort. consciuc.* vt corpus suum quis mutilet, vel deformet, *l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. l. 17. C. de pœnis*, multæ tamen sunt virtutes, quæ ad personam propriam pertinent, & sub legum vincula, siue iustitiæ vniuersalis, non coniiciuntur, vt castitatis, sobrietatis,
ieiunii, humilitatis, amicitiæ, fortitudinis, nisi in certis personis & caus- 138
sis, vt & sapientiæ, &c. Qua de caussa hoc loci negligenda † minime videtur animaduersio D. Thomæ, *2. secunda. q. 58. art. 8. item art. 5.* quod iustitia generalis intelligatur, quę viam sternit ad bonum publicum. Iustitia particularis, quæ versetur in æquali distributione, & commutatione singulorum cum singulis, ita vt iustitia vniuersalis præclariorem & altiorem finem, vt ipse commeminit, respiciat, scilicet humani generis optatam coniunctionem, *de qua re infra copiosius.* Hæc quamuis ita se habeant, cogor tamen ingenue fateri, descriptionem iustitiæ vniuersalis, de qua in §. *cum autem, &* §. *ipse autem, & §. fin. hoc capite*, huiusmodi restrictio-
nem difficulter admittere, nisi quid præsidii mutuemur a consideratio- 139
ne Francisci Picolominei, *vt iam antea insinuaui*, etiam illas † virtutes, quæ ad alium non referuntur, vt castitatis, sobrietatis, humilitatis; si auctoritate legis, in certis personis requirantur, *vt cap. cum in cunctis, de elect. l. magistros. de professor. lib. 12. cum similib.* relationem accipere a lege, dum eidem obtemperando vel repugnando, in caussam iustitiæ vel iniustitiæ vniuersalis rem deducere intelligitur.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Atq; ob id ipsum iustitia præclarissima persæpe virtutum esse videtur.	καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη, καὶ	*Atq; ob hanc caussam sæpe omniũ præstantissima virtutum videtur esse iustitia:*
Et neque est hesperus ita neque lucifer admirabilis.	οὔθ' ἕσπερος οὔθ' ἑῷος οὕτω θαυμαστός.	*neq; vesper, neq; lucifer tanta homines admiratione afficere,*

Et prouerbio dicere consueuimus.	καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν.	*tum solemus vti prouerbio:*
Iustitia in sese virtutes continet omnes.	ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.	*Iustitia vna alias virtutes continet omnes.*

Atq; ob id ipsum, &c.] Excellens iustitiæ vniuersalis encomium, quod & perfectissima sit, *vt Nouell. 69. alias, 20. collat. 5.* & alias virtutes omnes
139 † contineat, quod intelligo cum determinatione, quoad ad alterum referantur. Et neque vesper, neque lucifer, tanta admiratione homines adficiat. Quod tam locuples Aristotelis testimonium calumnias Angeli Thyi, item Zabarellæ, qui legum, quibus præcepta iustitiæ vniuersalis comprehendantur, & salus totius populi nitatur, item magistratuum & interpretum auctoritati detrahere, ad illum, quē suo loco proposui, modum sustinuerunt, Philosophiæ sub cuius falsa imagine delitescunt, hoc ipso parum candidi sectatores, quod dignitati legum, quibus omnes, maxime bonos, dicto audientes esse conuenit, *l. 3. C. de legib.* se quid posse derogare existimauerunt. Quanto igitur conuenientius est, iudicium summi viri Francisci Picolominei, qui accommodatam distinctionem secutus, *in sua philosophia de moribus grad. 5. cap. 38.* ostendit, nos in legib. tri-
140 bus modis versari posse; adhibita resolutione vsque ad gradum supremum; vel interposita resolutione vsque ad principia proxima; vel deniq; percurrendo leges, consultando, & iudicando per eas, neglecta recta ratione, primos constituit perfecte philosophos, secundos philosophos cum contractione, postremos non dignos nomine philosophi. Quamuis idem adiiciat, paucos esse, qui illam primam rationem adsequantur, tamen non inde inferri potest, hoc vitium esse legum aut prudentiæ iuris, sed hominum, qui in tanta varietate casuum, & ingenii tenuitate præpediti eo viam munire nequeant. Nam si id a nullo fieri posset, absurda esset partitio. Quid n. hac inspectione proposita fieri possit, arguunt commentarii Angeli Matheacii, *de via & ratione iuris. Hopperi & Corasii, de arte iuris,* item illa, quæ de principiis primis & intermediis iam sæpe disserimus, imo quid a nostris Legislatoribus factum sit, si rem iudicio
141 ponderare velimus, commonstrare † ea poterunt, quæ a me de ordine iuris proposita sunt, ita statuam multos interpretum oscitanter, aut parum candide in eius rei disceptatione versatos, an ius nostrum certo ordine compositum sit. Hactenus igitur probanda illius distinctio, porro in eo

in eo minime eidem assentiendum, quod leges nostras † in quarto gradu prudentiæ, vt ipse rem digerit, constituat, vt primus sit, in quo prouidentia & lex eminentissima Dei versetur: Secundo, prouidentia & lex fati: tertio, naturæ: in quarto hominum, & vocetur prouidentia, & lex humana. Enimuero egregium alioquin virum fefellit declaratio Aristotelis hoc loco proposita, leges non de particulari iustitia, sed de vniuersali disserere: item, non illa complecti solum, quæ ex dispositione bona aut legitima essent, sed etiam sua natura, deinde vna Iurisprudentia leges diuinas, præcepta & interpretationem illorum contineri, vt toto titulo de summa trinitate *& tit. seq.* Quid enim decretum, quid decretales, clementinæ aliud suggerunt, aut circa, quod potius sunt occupatæ, aut quænam certior potest esse interpretatio præceptorum Dei, & legum, quam quæ auctoritate conciliorum, pontificum, Imperatorum instituta sunt. Eadem in consideratione etiam sunt, quæ ab eodem de fato & natura commemorantur, cum fati & naturæ vim atq; legem & iuris nostri conditores, *l. 1. ff. de sicariis. l. inter caussas. §. non omnia. ff. mandati. Instiut. de iur. natural. gent. ciuil. l. 1. §. fin. ff. de iust. & iur.* & passim tot in corpore iuris, excutiant, atque, quæ iustitiæ conueniant, sequantur, & ita viam nedum ad illam reipublicæ felicitatem, quæ in hac vita expetenda sit, sed quæ nobis ab hac compage corporis solutis, ex fide & opere proposita est, muniat. Quo pertinet, quod † Anaxagoras iustitiam appellet, rerum omnium caussam atque principem, cœli & terræ, Chrysippus legis perpetuæ vim fatalemque necessitatem appellet, *vt ostendit Ang. Matheacius, in suo tract. de via & ratione iuris, lib. 1. cap. 25. n. 4.* quod sane de Metaphysica dici non potest.

142 (line 1) · 143 (line "positaest, muniat")

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Atque perfecta maxime virtus est, quia perfectæ virtutis est vsus: idque est ex eo, quia non ad se solum, sed ad alium etiam is, qui ipsam habet, vti virtute potest. Complures enim in propriis quidem vti virtute possunt, sed	καὶ τελεία μάλιστα ἀρετὴ, ὅτι τῆς τελείας ἀρετῆς χρῆσις ἐστὶ, τελεία δ' ἐστὶν, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὸν καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὐ-	*Ac perfectissima virtus est, quæ perfectæ virtutis vsus est. Ideo autem perfecta est, quia qui ea præditus est, etiã cum aliis, & erga alios, non secum solum, virtutem colere potest. Plerique enim in suis quidem rebus vti virtute pos-*

in iis, quæ sunt ad alium, nequeunt.

τὸν. πολλοὶ γὰρ ἐν μὲν τοῖς οἰκείοις τῇ ἀρετῇ δύνανται χρῆσθαι, ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἕτερον ἀδυνατοῦσι.

sunt, in iis autem, quas cum altero contraxerunt, non possunt.

Atq; perfecta maxime, &c.) Aristoteles iustitiam consummatissimam
144 virtutem appellat, vt facit Iustinianus, *Nouell. 20. coll. 5.* quod perfectæ virtutis † sit vsus, & quod, qui illa præditus sit, etiam cum aliis, & erga alios non secum solum colere potest. Hæ iustitiæ partes in multis actionibus relucent. Enimuero Legislator iura ex æquo describendo, *l. 1. ff. de legibus. l. ampliorem. C. de appellat. l. 2. §. exactis ff. de orig. iur. l. si quando. C. de inoff. testam.* Iurisconsultus, illas ex arte boni & æqui interpretando, *l. 1. ff. de iust. & iur. l. bona fides. ff. depositi. l. vnica. C. de professor. vrbis Constant.* & consilia impartiendo, magistratus & iudices sententias iuri applicando, *l. statuimus, C. de sentent. ex breuiculo recitand. l. rem non nouam, & authent. seq. C. de iudiciis ex seq. ff. C. de re iudicat.* singuli deinde homines in commerciis & aliis negotiis, quæ mutuo gerenda sunt, insti-
145 tuendis, *l. de illo. l. si non fuerint. ff. pro socio,* tales iustitiæ partes, accommodare solent, circa quæ omnia scite & iuste † administranda prudens, *vt docet Aristoteles. infr. lib. 6. cap. 8. 9. 10. 11. & toto hoc libro,* Iustus Lipsius *in suis Politicis,* versari consueuit. Dignitatem & præstantiam iustitiæ inde metitur Aristoteles, quod perfectæ virtutis sit vsus, siue quod perfectum vsum virtutis intellectiuæ, atque moralis doceat, siue quod, quæ bonis moribus consentanea sint, ad rem conferat, & effectu præstet, quæ res argumentum præbet, virtutem, quæ in actione consistat, splendidiorem esse, quam illam, quæ contemplatione tenus finiatur, de qua re disserere non est præsentis loci: Præterea ex eo, quod hæc virtus bonum alienum contineat, posse enim plerosque in suis rebus vti virtute, in illis, quas cum aliis instituunt, non posse. Confirmatio rationis inde ducenda
146 est, quod † natura ita comparatum sit, vt nobis ante omnia consulamus,
147 *l. preses. C. de seruit. & aqua, l. vt vim. ff. de iustit. & iur. l. is qui aggressorem. C. ad leg. Corn. de siccariis.* Qua de caussa inter generalia † duo præcepta diuina, alterum est, quod Deum toto ex corde amemus, secundũ, vt proximum sicut nosmetipsos, quod & ipsum repetitur, *l. 1. & toto titulo quod quisq; iur. in ali. stat. ipse eodem vtatur.* Hic notandum confirmari opinio-

nem,

nem, quam supra de iustitia vniuersali proposui, illam non videri, cum virtute paria facere, quod Philosophus hic, de hac ipsa iustitia loquendo, illam ab aliis virtutibus, quatenus nullā relationem in alterum continent, distinguat. Non intempestiua itaq; mihi esse videtur responsio diui Thomæ, *2. secundæ. q. 58. art. 6.* quod iustitia, † de omnibus virtutib. generaliter 148
accipiatur, non prædicatiue, sed secundum virtutem, sicut caussa vniuersalis, est generalis ad omnes suos effectus, vt sol ad omnia corpora, quæ illuminantur, vel immutantur per virtutem ipsius: in quam sententiā etiā videtur scripsisse Iustinian. *Nouel. 69. alias 20. coll. 5.* vbi hæc verba, quæ proposito seruiant, se offerunt: *Vnam quidem † esse omnium perfectissimam vir-* 149
tutem arbitrandum est hominibus, quæ iura omnib. distribuit: hæc est ex caussa cognominata iustitia. Etenim vnamquamq; aliarum virtutum, nisi subsequantur huius bona, fiet nihil horum, quæ competunt. Itaq; nec fortitudinē, quæ non est cum iustitia, laudabimus: cum sc. patria lingua fortitudinem in armis, virtutem appellet solum: & si quis ab ea iustitiam subtrahat, delictorum solummodo, non quorundam bonorum, fiet occasio: Quamuis n. iustitiam generalem Arist. adscribat legib. & conditores illarum non omnes virtutes in legis necessitatem trāstulerint, neq; etiam id illorum officii videatur, quod scilicet multa libero arbitrio, aut nudo consilio, vt in quæstione, qua quisq; arte 150
imbuendus esset, *l. 12. Stychus, ff. de legat. 3. item. l. 12. cum plures. ff. de administ. tut. & curat. l. 9. §. interdici. ff. de pœnis,* essent relinquenda, quod denique nonnullæ virtutes ad conciliandam illam hominum communionem, quo, tanquam scopo, sua consilia Legislatores terminare solent, *l. 1. §. 1. & l. vt vim. ff. de iust. & iur.* non æque conferrent, & arbitrium liberi hominis, non ita constringendum esset, *l. & quia. ff. ad senatusc. Trebell. l. 2. ff. de his qui sui vel alien iuris sunt,* tamen negare non possumus, easdem generaliter, quæ ad virtutem pertineant, suadere, *Nouell. 22. §. fin. l. secunda. ff. de his qui sui vel alien. iur. sunt. l. prima. §. 1. ff. de iust. & iur.* & si id res vel occasio postulet, necessitatis vinculis alligare posse, *l. legis virtus, ff. de leg.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et propterea sententia Biantis illa se, e bene habere videtur: Magistratus vi-	καὶ διὰ τοῦτο εὖ δοκεῖ ἔχειν, τὸ τοῦ Βίαντος ὅτι ἀρχὰ τὸν	*Quocirca præclare Biantis illud videtur esse dictum: Magistratus virum de-*

rum ostendit, ad alium enim est; & in societate iam ipse magistratus consistit.	ἄνδρα δείξει. πρὸς ἕτερον γὰρ καὶ ἐν κοινωνίᾳ ἤδη ὁ ἄρχων.	*clarabit. Nam qui magistratum gerit, is iam cum altero rationem habet, & in communione vitæ versatur.*

3 *Et propterea sententia, &c.*) Quod secundum sententiam Biantis † magistratus virum declaret, intelligimus ex *leg. iustissimos. C. de officio rectoris prouinciæ, l. 1. C. vbi omnes iudices, tam ciuiles, quam militares, l. officium. ff. de re militari. cap. mandata, & cap. scribam. de præsum. l. rescripto. ff. de munerib. & honorib. cap. cum in cunctis. de elect. cap. vbi, de elect. in 6. l. 2. §. 24.* & cum placuisset, *l. omnes. l. iubemus. C. ad leg. Iul. repetund.* Detegit enim talis administratio iustitiam & prudentiam, vel contra iniustitiam vel imperitiam, hanc prouinciam sustinentium, *d. l. iustiss. mos. item l. 1. ff. de appellat. l. 1. C. ad leg. Iul. repetund.* quæ in distributione honorum, onerum, *l. 3. §. præses. ff. de munerib. & honor.* pœnarum, *l. perspiciendum. ff. de pœnis*, item sui cuiusque iuris, versetur. *l. 6. ff. de iust. & iur.* Possunt † autem huius sententiæ plura, idque præclara exempla proponi, ipsius
152 Biantis, qui patriæ imperium, cum illam legibus condidisset, atque egregie formasset, sponte deposuit, statuens præceptum suum, proprio exemplo sanciendum: Lycurgi, qui vt leges Spartanis datas in perpetuum confirmaret, ciues iureiurando obstrinxit, ne quid ex illis abrogarent, quoad alio proficiscens reuersus esset. Porro cum voluntarium exilium sibi cõsciuisset, etiam ossa morientis cremari & dissipari curauit, ne cauillationi locum relinqueret. Charondæ, qui cum lege, idque cum interminatione mortis, prohibuisset, ne quis cum telo concionibus sese insereret, & forte illo absente concio indicta confluxisset, atque is regressus, vt erat succinctus gladio, immemor suæ legis, ad concionem accessisset monitus solutæ a se legis, in hæc verba prorumpit: *Atque ego meo exemplo illam in perpetuum confirmabo,* quo dicto, gladio incubuit. Huc pertinent exempla Themistoclis, Alcibiadis, Agathoclis, Dyonisii Syracusani, Numæ Pompilii, Seruii Tullii, Tarquinii, Iunii Bruti, Valerii, Decemuirorum, qui primo, & qui secundo anno fascibus instructi cum summa potestate fuerunt, *l. 2. §. & cum placuisset. ff. de orig. iur.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuingeri.
Ob id autem ipsum & a-	διὰ δὲ τὸ αὐτὸ	*Atque ob hanc eandem*

lienum

lienumbonum ipsa iustitia so-la virtutem esse videtur.

τοῦτο καὶ ἀλλότριον ἀ-γαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δι-καιοσύνη, μόνη τῶν ἀρετῶν.

caussam sola ex omnibus vir-tutibus iustitia alienum vide-tur esse bonum.

Ob id autem ipsum, &c.] Hic iterum confirmatur, quod supra a nobis
motum fuit, hactenus iustitiæ vires se exserere, quatenus ratio alterius,
siue proximi, id exigat atque exposcat. Porro negotium facessit, quod
leges etiam illa præcipiant, quæ ad alium pertinere non videntur, † vt 153
honeste viuere, *l. 6. ff. de iust. & iur.* se ipsum non lædere, *l. liber homo. ff.
ad leg. Aquil. item l. 23. cum autem ff. de ædilit. edict. §. excipitur,* in hæc ver-
ba. *Excipitur & ille, qui mortis consciscendæ caussa, quid fecerit: malus seruus
creditus est, qui aliquid facit, quo magis se rebus humanis extrahat, vt puta, la-
queum torsit, siue medicamentum pro veneno bibit, præcipitemue se ex alto mi-
serit, aliudue quid fecerit, quo facto sperauit mortem peruenturam: tanquam
non nihil in alium ausurus, qui hoc aduersus se ausus est.* Sed ratio in textu ex-
pressa dirimit omnem contentionem, quæ inde nasci posset, quod etiam
animaduertit diuus Thomas, † *in secunda secundæ cap. 58. art. ad quintum,* 154
dum ait, *quod illa, quæ sunt ad se ipsum, sunt etiam ordinabilia ad alterum,
quantum ad bonum commune.* Periculum enim aliorum commouit iu-
risconsultum. *d. l. 23. §. excipitur,* ad ita definiendum, cum disertis verbis
sibi persuasum esse proponit, talem hominem, qui sibi mortem consci-
scere voluit, nihil non in alios machinaturum. Hanc † traditionem di- 155
uæ Thomæ, tamen cum illa moderatione accipio, quam supra non dis-
simulaui.

Translatio Agyropili.

Quia ad alium est, agit e-nim ea, quæ alii, vel principi, vel Reipublicæ conferunt.

Textus græcus.

ὅτι πρὸς ἕτερόν ἐστιν· ἄλλῳ γὰρ τὰ συμφέ-ροντα πράττει ἢ ἄρ-χοντι ἢ κοινῷ.

Translatio Zuuingeri.

Quia ad alterum refertur ac pertinet. Aliorum enim vtilitati consulit, nempe aut principis aut reipub.

Quia ad alium est, agit enim, &c.] Edisserit, quod supra proposuerat,
quomodo scilicet alienæ vtilitati prospiciat, quod scilicet consulat aut il-
li, qui rerum potiatur, aut reipublicæ, quæ expositio difficultate non ca-
ret. Enimuero iustitia non eo videtur pertinere, † vt vnius, aut paucorum 156

commoda procuret & stabiliat, sed omnium, vel ipso Imperatore teste.
l. fin. C. de conuen. fisci debitor. cap. res quæ subiacet, C. com. de legat. l. amplio-
rem. C. de appellat. l. Imperialis. C. de nupt. l. digna vox. C. de legib. Itaque
puto Aristotelem intelligendum illo casu, quo reipublicæ expediat talia
compendia ad illos, qui imperant, referri, quod pro multis laboribus,
præclaris consiliis & conatibus eximia præmia illis debeantur, *l. fin. C.*
de quadriennii præscript. cap. vnico, quæ sint regalia. l. fin. C. de bonis vacant.
157 *cum similibus*, † vt tanto alacriores ad bene de repub. merendũ reddantur.

Translatio Argyropili.

Pessimus igitur est, qui ad se ipsum, & amicos vtitur prauitate.

Textus græcus.

κάκιστος μὲν οὖν ὁ πρὸς αὐτὸν, καὶ πρὸς τοὺς φίλους χρώμενος τῇ μοχθηρία.

Translatio Zuingeri.

Deterrimus igitur ille quidem habendus est, qui improbitate in se vtitur, & in amicos.

Pessimus igitur est, &c.) Non habet dubitationem, quod profitea-
tur illum deterrimum, qui in amicos, † improbus sit. Nam cum homi-
nis intersit omnem hominem beneficio adficere atque complecti, *l.*
158 *6. ff. de seruis exportand.* ita sane amicos, & qui bene de aliquo meriti sint,
cap. est probanda dist. 86. cap. relatum. de test. l. 25. sed etsi, §. consuluit, ff. de petit.
159 *hered. l. seru. plur. §. fin. & l. seq. ff. de leg. 1. l. 10. ff. de reb. dub.* ceterũ nonnihil †
offensionis, hoc loco contrahit, ꝙ declaret illũ in ea conditione esse, q̃ in
se ipso improbitate vtatur. Primo, ꝙ volenti non fiat iniuria, *cap. 9. hoc. lib.*
itẽ l. non fraudantur. ff. de reg. iur. deinde ꝙ quilibet sit arbiter & modera-
tor in re sua, *l. in re mand. C. mand. l. 2. ff. de his qui sui vel al. iur. sunt,* atq; iuri
suo renuntiare possit, *l. pen. C. de pact.* Tertio, ꝙ Philos. antea confirmarit,
iustitiã esse, q̃ ad alterũ referat̃. Discuti, ꝙ ab his allegationib. est periculi,
160 posse videt̃, si meminerim⁹, † amoris fontẽ a se ipso fluere & exsistere, *l. præses.*
C. de seru. & aqua, itaq; vt alior. saluti & cõmodo, ita & suo cõsulere potest,
& iure naturæ debet, *l. vt vim. ff. de iust. & iur. l. sciens ff. ad leg. Aquil. cap. di-*
lecta. de sent. excõ. in 6. vnde plane ꝓfligati hominis esse censet̃, si quis ferro,
laqueo, vel alia ratione fata sua maturet. *l. 21. si non aũt. §. excipitur. ff. de æd. edict.*
vel corp⁹ suũ dehonestet, *l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.* bona dilapidet, *l. 1. ff.*
de cur. fur. ꝓd. Porro, ꝙ quis cõmemorat̃, esse arbiter & moderator, in re
sua, nõ illã significationẽ habet, vt sine offensione legis & rationis sæuire
in seipsum, aut vitæ necessaria abligurire, vel dilapidare possit, sed vt saltẽ

certo

certo modo, q̃ viuendi ratio expoſcit, ſibi reſeruet, *c. in ſingul. diſt. 86.* aut opera ſua vel arte acquirat, *d. l. 1. ff. de cur. fur. l. 1. C. de inoffic. don. l. ſi vnq̃. C. de reuocan. don. l. 5. ſi quis a liber. §. ſed ſi filius ff. de lib. agnoſc.* Quod a tertia impreſſione impendet diſcriminis, nõ animaduerto, quo pacto depelli poſſit; niſi ad ſupiorẽ ſolutionẽ reuoluamur, prauitatẽ atq; iniq̃tatẽ in re ꝓpria ad iuſtitiæ cauſſã iure ordinis ꝑtinere, † ꝙ nihil integri aut benigni de illo 161
ſibi polliceri poſſit, qui in ſeipſũ reſtrictior ex malignitate ſit, *d. l. 23. ſin autem §. excipitur. ff. de edit. edict.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Optimus autem non qui ad ſeipſum: ſed qui ad alium vtitur ipſa virtute.	ἄριστος δ᾽ οὐχ ὁ πρὸς αὑτὸν τῇ ἀρετῇ, ἀλλ᾽ ὁ πρὸς ἕτερον.	*Optimus aũt non qui ſecum & ſibi, ſed qui cum aliis & erga alios virtutem colit.*

Optimus aũt, &c.) Iuſtitiæ perfectionẽ in eo non conſiſtere, vt q̃s q̃ ſua ſunt, cũ fide & diligentia in diſtributione iuris curet, ſi id præſtet in alienis reb: intelligimus ex ratione; *l. q iurisd. ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. C. ne quis in ſua cauſſa iudicet*, ꝙ affect⁹ hominũ eo cogitationis illos ſtimulet atq; cõpellat *l. Julian. ff. de iud. l. 1. C. ad leg. Corn. de fal. l. 1. ꝙ Nerua, ff. depoſ. l. 13. tutor. §. 1. itẽ. l. 58. qui negotiationem. ff de adm. & per. tut. & cur.* ꝑfectæ † igit̃ & cumulatæ 162
virtutis eſt, id in alienis reb. ꝑſtitiſſe, *l. in re mand. C. mand. l. obſeruand. ff. de off. præſ. l. iuſtiſſimos. C. de off. rect. l. 1. & tot. tit. ꝙ quiſq; iur. alte. ſtat. ipſe eo vta. l. fin. l. rem non nouam. C. de iud. l. cum Papinianus C. de ſentent. & interl. omn. iud. l. penul. ff. de adm. tut. & cur. l. 10. ff. de iuſt. & iur.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Hoc enim eſt opus difficile.	τοῦτο γὰρ ἔργον χαλεπόν.	*Hoc enim difficile atq; operoſum eſt.*

Hoc n. eſt, &c.) Huc pertinet, ꝙ D. Ambroſ. comemorat, vim virtutis in illo cõſiſtere, † vt iniuriã aliis illatã ab eiſdẽ depellat, atq; ita ſalutẽ illorũ 163
expediat, *c. nõ in inferẽ. 23. q. 3.* eoq; ꝑtinet, ꝙ I. C. *l. 34. ſi pater. §. fin. ff. de don.* operã in defendẽdo alio collocatã eximiũ laborẽ appellet, & dignã mercede eſſe dꝑdicet, & ꝙ cõmendet humanitatẽ ipſius, q cũ ad cuſtodiã vini, ſiue alterius rei, non teneret, tamen id ad ſollicitudinẽ ſuã, ne vinũ piret reuocarit, *l. 1. §. fin. ff. de peric. & cõm. rei vend.* itẽ, prudentiã iudicis cũ pietatis ſtudio coniunctã, q de ſe cõfeſſum & dãnatũ non ſuſtinuerit ſupplicio 164
adficere, ꝙ † adhibita diligẽti inq̃ſitione de iñocẽtia ipſi⁹ cõpertũ habere

cœpisset, *l. 1. §. fin. ff. de quæst.* quique cum periculo salutis suæ patriam tueri, *l. amissi. ff. de excusat. tut.* fidem & veritatem adserere non dubitent, *cap. non existiment, & cap. noli putare. c. 11. q. 3.*

Translatio Argyropili.

Hæc igitur iustitia non pars virtutis, sed tota est virtus. Similiter & iniustitia huic contraria, non vitii pars, sed totum vitium est. Quid autem interest inter hanc iustitiam & virtutem, ex iis, quæ diximus, innotescit. Sunt enim idem, esse autem non est idem. Sed quo quidem est ad alium, est iustitia: quo vero talis est habitus simpliciter, virtus.

Textus græcus.

αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη οὐ μέρος ἀρετῆς, ἀλλ' ὅλη ἀρετή ἐστιν. οὐδ' ἡ ἐναντία ἀδικία μέρος κακίας, ἀλλ' ὅλη κακία. τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον, ἐκ τῶν εἰρημένων, ἔστι μὲν γὰρ ἡ αὐτή. τὸ δ' εἶναι οὐ τὸ αὐτό. ἀλλ' ᾗ μὲν πρὸς ἕτερον δικαιοσύνη. ᾗ δὲ τοιάδε ἕξις. ἁπλῶς ἀρετή.

Translatio Zuuingeri.

Ergo hæc iustitia non virtutis pars est, sed virtus vniuersa: neq; ei contraria iniustitia, pars vitii est, sed vitiũ integrum atque vniuersum. Quid intersit autẽ inter virtutem & han. iustitiam, ex iis, quæ diximus, perspicuum est. Est enim eadem illa quidem, sed eius essentia non est eadem, verum qua cum altero rationem habet, iustitia est: qua talis quidam habitus est, absolute virtus est.

Hæc igitur iustitia, &c.] Hæc verba confirmare illorum sententiam videntur, qui dicunt, inter virtutem & generalem iustitiam nihil esse differentiæ, cum ita concludat. Ergo hæc iustitia non virtutis pars est, sed virtus vniuersa: neque ei contraria, iniustitia, pars vitii est, sed vitium integrum atque vniuersum. Sed cum mox subnectat, hoc inter virtutem & hanc iustitiam interesse, quod eius essentia non sit eadem, verum qua cum altero rationem habet sit iustitia, qua talis quidam habitus est, absolute esse virtutem: Facile intelligimus Aristotelem loqui de virtutibus, quatenus ad mutua iura conseruanda, & concordiam inter homines
165 conglutinandam pertinent, cum sequentia declarent, quæ † genencraliter ab aliquo pronuntiata sint, *l. licet. C. de iudiciis, l. qui fundum. ff. de verb. oblig. L. 11. si mater. §. si quis autem petat. l. 78. qui non militabat, ff. de hered. inst. §. 1.* & præcedentia illa, quæ sequuntur, *l. iubemus. C. ad senatus. C. Velleian. l. si de certa. C. de transact. l. emtor. §. Lucius, ff. de pact. cap. sedes aposto-*

apostolica de rescript. Vnde infero, quod cum Aristoteles supra ostenderit, illam iustitiam dici vniuersalem, quæ a Legislatoribus considerari debet, & quam sanctionum vinculis complecti solent, tale responsum interpretationem ab eadem traditione recipere, *vt supra illud fusius sum executus.*

CAPVT II. EX DIVISIONE IOannis Argyropili, & IV. ex distributione Zuuingeri.

De iustitia & iniustitia particulari.

SVMMARIA.

1 *Qui agit quid eorum, quæ ad cetera iniustitiæ vitia pertinent, quam specialis, is iniuste quidem facit, sed non plus capit, quam par sit.*
2 *Quæ sint propria iniustitiæ particularis.*
3 *Argumentum ab enumeratione valet.*
4 *Cui conuenit diuisum, necesse est, vt aliquod membrorum diuidentium eidem conueniat, & eiusdem varia exempla.*
5 *An definitione iustitiæ, quæ ab Vlpiano proposita est, iustitia vniuersalis, an particularis describatur.*
6 *Quod sit officium Legislatoris.*
7 *Argumenta quibus conuincitur generalem iustitiam definitione comprehendi.*
8 *Quoties idem sermo duas sententias exprimit, is excipiendus est, qui rei gerendæ aptior est.*
9 *Omnis definitio, quæ cum suo definito non conuertatur, vitiosa censeri debet.*
10 *Ad stabiliendam reipublicæ salutem particularem iustitiam non sufficere.*
11 *Quid sit particularis iustitia?*
12 *Quando adulterium committens dicatur facere contra iustitiam particularem.*
13 *Delicta ex circumstantiis clementius corriguntur.*
14 *Absurda opinio Antonii Contii negantis se in tractatu iuris vniuersalem iustitiam posse conspicere.*
15 *Delictis occurrendum est, & si admissa sint in exemplum vindicanda.*

43 *Cuius facultatis sit, de illa disciplina, qua absolute quis vir bonus sit, disceptare.*
44 *Legumlatoribus Politica & Ethica præcepta coniunctim cordi fuisse.*
45 *Cuius facultatis sit de bono ciue disserere.*
46 *Iustitiæ particularis duæ species.*
47 *Verbum, tribuendi, variam significationem recipere.*
48 *Differentia inter commutatiuam & distributiuam iustitiam.*
49 *Distributio in rerum communium diuisione locum habet.*
50 *Commutatio ad res proprias refertur.*
51 *Verbum συνάλλαγμα quam significationem recipiat.*
52 *An συνάλλαγμα sit materiale, & adæquatum subiectum Iurisprudentiæ.*
53 *Verba contractus & commercia minus proprie ad delicta referri.*
54 *Diuisio iustitiæ commutatiuæ.*
55 *Translatio Argyropili vitiosa.*
56 *Quid sit vadimonium.*
57 *Nulla obligatio sine consensu contrahitur.*
58 *An contractus metu institutus obliget.*
59 *In eo, qui metu quid faciat, non cessare voluntatem.*
60 *Delicta in inuitos committi.*
61 *Diuisio delictorum.*
62 *An lenocinium clam committatur.*
63 *An homicidia dolo commissa clandestina dici possint.*
64 *Conuitium & contumelia quomodo inter se affecta sint.*
65 *An conuitia & similes iniuriæ inter violenta recenseri debeant.*
66 *Vberioris doctrinæ caussa quædam vocabula nonnunquam fingenda sunt.*

Translatio Argyropili.

Quærimus autem eam iustitiam, quæ virtutis est pars. Est n. quædam vt diximus. Et item iniustitiam eam, quæ pars vitii quædam est. Esse autem hanc iniustitiam, hoc indicat signum, qui nãq; ce-

Textus græcus.

ΖΗΤΟΥΜΕΝ δέ γε τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην. ἔστι γάρ τις ὥς φαμεν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ ἀδικίας τῆς κατὰ μέρος. σημεῖον δ' ὅτι ἔστι. κατὰ μὲν γὰρ

Translatio Zuuingeri.

Iustitiam autem quærimus eam, quæ pars virtutis est. Est enim aliqua, vt dicimus. Itemque iniustitiam eam, quæ in partibus vitii numeratur. Aliquam porro esse huiusmodi, argu-

teris vitiis operatur, iniuriam quidem facit, at non plus capit: vt qui clypeum timiditate proiecit, aut qui conuitia ob iracundiam dixit: aut qui non attulit, ob illiberalitatem per pecunias opem.

τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν, ἀδικεῖ μὲν, πλεονεκτεῖ δ' οὐδέν. Οἷον ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα διὰ δειλίαν, ἢ ὁ κακῶς εἰπὼν διὰ χαλεπότητα, ἢ οὐ βοηθήσας χρήμασι δι' ἀνελευθερίαν.

mento est, quod qui agit aliquid eorum, quæ ad cetera vitia pertinent, facit ille quidem iniuste, sibi tamen plus boni, quam oportet, non sumit aut vendicat: verbi gratia, qui clypeum abiecit, propter ignauiam, aut qui maledixit alteri ira incensus, aut qui pecunia non est alicui opitulatus ob illiberalitatem.

Quærimus autem, &c.] Hactenus Philosophus occupatus fuit in exponendis meritis iustitiæ & iniustitiæ vniuersalis, nunc autem de particulari iustitia disserere constituit. Quæ autem differentia inter hæc duo interluceat, illa, quæ superius copiose digessimus, satis expedient. Occurrit † & alia inspectio hic ab auctore præsentis operis adscripta, quæ iniustitiam generalem ab iniustitia speciali separat, quod is, qui agit aliquid eorum, quæ ad cetera vitia pertinent, iniuste quidem facit, sed non plus quam oportet capit, vt qui clypeum præ timore abiecerit, *l. penult. ff. de re militari*, aut qui exacerbatus alteri maledixerit, *l. si non conuitii. C. de iniuriis*, aut qui ex illiberalitate, alicui impartiendo fortunæ bona, non subuenerit, *vt cap. non satis. cap. est probanda, cap. consideranda, cap. pulcra. dist. 86. l. 7. ff. de donat. l. 1. C. de donat. inter vir. & vxor.* At is, qui iniuste quid sibi vindicat, atque plus, quam par sit, in se transfert, is quoque se certa labe inquinet, non aliorum vitiorum, sed quæ iniustitiæ propria est, *vt mox latius.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
At cum quispiam sæpe plus capit, nullo tum eiusmodi vitiorum is operatur, nec etiam vniuersis, aliqua autem	ὅταν δὲ πλεονεκτῇ πολλάκις κατ' οὐδεμίαν τῶν τοιούτων. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ πά-	*Cum autem sibi plus boni sumit aut vendicat, quam oportet, sæpe nullo tali vitio, certe non omnibus peccat: &*

praui

prauitate. vituperamus enim illum atque ob iniustitiam.

οις. κατὰ πονηρίαν δ' οὐδεμίαν. ἀλλὰ κατὰ πονηρίαν γέ τινα. ψέγομεν γὰρ καὶ κατ' ἀδικίαν.

tamen peccat. Nam & hunc iniustitia nomine vituperamus.

At cum quispiam, &c.] Hoc loco exponit Philosophus, quid iniustitiæ particularis proprium, vt scilicet plus adferat † sibi, quam par sit, 2 ostendens, id fieri posse, vt nullo aliorum vitiorum societate se contaminet, aut sane non omnium, hunc iniustitiæ nomine vituperari, veluti si id fiat in distributione honorum, pecuniarũ, vel illarum commutatione, *l. 1. C. vt in dignit. ordo seruetur. l. 3. §. præses. ff. de muner. & honor. l. rescripto. ff. eod. tit. l. 1. §. in honorariis. ff. de extraord. cognit. l. 1. ff. de contrah. emt.* vt infra hæc exactius cum Aristotele exsequemur.

Translatio Argyropili.

Est ergo alia quædam iniustitia, vt pars totius iniustitia quædam: & iniustum itidem quoddam, vt pars totius iniusti, quod quidem est, præter legem.

Textus græcus.

ἔστιν ἄρα γέ τις ἄλλη ἀδικία, ὡς μέρος τι τῆς ὅλης. καὶ ἀδικόν τι ἐν μέρει, τοῦ ὅλου ἀδίκου, τοῦ παρὰ τὸν νόμον.

Translatio Zuuingeri.

Est igitur alia quædam iniustitia, tanquam iniustitiæ pars quædam vniuersæ: itemque iniustum quoddam, vt totius pars iniusti, eius, quod contra leges committitur.

Est ergo alia quædam, &c.] Collectio tempestiue & ordine sumta. Quod si obtineant, quæ sunt posita, consectarium esse, vt sit alia quædã iniustitia, tanquam vniuersæ iniustitiæ pars, item iniustum quoddam, vt totius pars iniusti, eius scilicet, quod contra leges committitur.

Hæc argumenti † ratio, cum superioribus comparata, enumerationi 3 accepto ferenda esse videtur, vt cum constet tale factum iniustitiæ accecepto referendum, & non incidat in nomen timiditatis, inclementiæ, illiberalitatis, nec aliorum vitiorum, quæ generale iniustitiæ nomen agnoscunt, inferendum videri, vt iniustitiæ verbo in specie, quod reliquũ partitio fecisse videbatur, adscribatur.

Quæ ratiocinandi † forma, & nostris vsitata est, *vt l. 28. filius, ff. de lib. & post. hered. inst.* dum Tryphonius in disceptatione, an testamentum militis, quod iure militari viuo patre fecisset, rumpatur, si patre defuncto 4

militare deſiiſſet: hac collectione vtitur. Non quidem adoptauit, nec hodie natus eſt illi filius: nec priori ſubducto de poteſtate, ſuo herede vlterior ſucceſſit, ſed tamen in poteſtate habere cœpit, quem non habebat: ſimulque paterfamilias factus eſt, & filius ſub eius recidit poteſtate. rumpetur ergo teſtamentum. Eandem progreſſionem facit Imperator, *Inſt. in princip. de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcuntur, item Gaius l. 5. ff. de verb. obligat.* §. *ſi iudex*, dum remotis ceteris obligandi cauſſis, contractu, quaſi contractu, delicto oſtendit, iudicem ex quaſi delicto obſtrictum. Idem in ſupellectilis deſcriptione vſuuenit, quam Iuriſconſultus, *l. 7. Labeo.* §. *1. ff. de ſuppellect. legat.* declarat eſſe inſtrumentum quoddã rerũ ad quotidianũ vſum paratarum, q̃ in aliã ſpeciẽ nõ caderet, vt, verbi gratia, penum, veſtẽ, argentũ, ornamenta, inſtrumenta agri aut domus. Sunt multi noſtrorum interpretũ, vt Mynſingerus in definitione iuſtitiæ, *Inſt. de iuſt. & iur.* Balduinus, Aldobrandinus, Schneideuuinus, item Coraſius, *de iure ciuili in artem redigendo, part. 1. cap. 23.* qui con-
5 tendunt, *leg. ſexta. ff. de iuſt. & iur.* particularem † iuſtitiam definiri, quibus tamen aſſentiri non poſſum, ſed vna cum Hoppero Phriſio, *de arte iuris, lib. 1. ca. quid ſit iuſtitia,* item Angelo Matheacio, qui id aperte defendit, *in tract. de via & ratione iuris, lib. 1. cap. 15. n. 3.* legitimam atque adeo vniuerſalem iuſtitiam deſcribi exiſtimo. Primo, quod abſurdũ videatur, quod cum etiam, *teſte Ariſtotele, præcedenti capite, verſic. nam hoc ipſum, & ſectione, quoniam autem eum qui contra leges:* Legislatoris ſit, de omni-
6 bus † rebus ita loqui, vt communem vtilitatem ſpectet, & vitam beatam eiuſque partes ciuili ſocietate conciliare, & conſeruare poſſit, id eſt,
7 de legitima illa & vniuerſali iuſtitia: ponamus † conditores iuris, non hanc ſed particularem iuſtitiam definiuiſſe. Enimuero, idq; ſecundo cum verba definitionis ita comparata ſint, vt generaliter concepta ad vniuerſalem iuſtitiam merito referenda ſint, cum ad lucri, circa quod particularis iuſtitia potiſſimum verſatur, cauſſam reſtringi non poſſint, ratio nulla eſt, quod illam ad particularem iuſtitiam deflectamus. Tertio, ſi aliquid ambiguitatis in verbis eſſe imaginaremur, cognita iure noſtro illa deciſio eſt, quod in obſcura aut ambigua oratione id debeamus amplecti, quod rei, de qua tractetur, magis conueniat, *l. quotiens. ff. de reb.*
8 *dub. l. quotiens. ff. de verb. oblig. l. quotiens. ff. de reg.* Quotiens, † ait Iuriſcõſultus, vnus & idem ſermo duas ſentẽtias exprimit, is excipiendus eſt, qui rei gerendæ aptior eſt. Quis inficiari poteſt, in propoſita controuerſia

con-

congruentius censeri, quod architecti iuris nostri ad vniuersalem illam, atq; legitimam definitionem respexerint, quam specialem, quod & nomen illud euincat, & ratio materiæ atq; tituli, in quo versantur, *arg. l. imperator ff. de in diem addictione.* Quarto cum nedum iurisconsultus *d. l. 6. §. 1. ff. de iust. & iur.* statim post definitionem, sed etiam imperator *Inst. de iust. & iur.* tria illa præcepta iuris, honeste viuere, neminem lædere, ius vnicuiq; suum tribuere, item duo vniuersalia officia legum, æquum ab iniquo secernere, licitum ab illicito separare, ad quæ, tãquam principia, quæstiones iuris reuocandæ sunt, subiiciat, ecquid † concedemus nedum inconside- 9
rate talem definitionem iurisconsultum concinnasse, quæ non solum illa principia non æquaret, sed ex tribus inferioribus præceptis, vix vnum complecteretur. Cum iustitia particularis per omnia membra vltimi præcepti se minime fundat, neq; optatum illum exitum, qui legibus propositus est, constituat, vt *D. Thomas commemorat. 2. secundæ q. 58.* vt scilicet ciues bonis iustitiæ florentes, in vnum reipublicæ corpus coalescere possint, sed præsidio † vniuersalis iustitiæ eo res perducatur. Quod autem in 10
distributione iuris nonnulla versentur, quæ ad particularem iustitiam referri nequeant, cõstabit, vbi per vestigia doctrinæ hoc libello comprehensæ decurrentes singulis membris singulas iuris decisiones contribuerimus. Definit autem † Franciscus Picolomineus *grad. 4. cap. 3.* hanc par- 11
ticularem iustitiam, quod sit moderatio appetitus irascendi, vt in omni commutatione & distributione externorum bonorum æquum & id, quod decet, expetamus, ac constanter præeligamus. In qua descriptione offendit tamen, quod illam potius ad appetitum irascendi, vt subiectum, quod refrænet & cui inhæreat videatur referre, de qua re alibi disseruimus.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Præterea, si quidam lucrandi caussa facit adulterium, atq; pecunias accipit, quidam erogat, damnumque patitur ob cupiditatem: hic quidem intemperans potius, quam	ἔτι εἰ ὁ μὲν τοῦ κερδαίνειν ἕνεκα μοιχεύοι, καὶ προσλαμβάνοι, ὁ δὲ προστιθεὶς καὶ ζημιούμενος, δι' ἐπιθυμίαν, οὗτος μὲν ἀκόλαστος	*Præterea si quis quæstus caussa adulterium committat, mercedemq; etiam ferat, alius autem cupiditate inflammatus idem faciat, dans etiam ali-*

pluris auidus. Ille autem iniustus, sed non intemperans esse videbitur. Patet ergo talem illum videri, quia lucratur.

δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον ἢ πλεονέκτης, ἐκεῖνος δ' ἄδικος, ἀκόλαστος δ' οὔ. δῆλον ἄρα ὅτι διὰ τὸ κερδαίνειν.

quid de suo iacturamque rei suæ faciens: hic quidem intemperans potius quam plus sibi sumens & vendicans esse videtur. Ille autem iniustus sed non intemperans, propterea scilicet, quia quæstus caussa faciat.

Præterea si quidam lucrandi, &c.) Perspicuo exemplo ostendit differentiam inter iniustitiam generalem & specialem in caussa adulterii: il-
12 lam enim, quæ quæstus caussa adulterium † committat, & mercedem ferat, & aliam, quæ libidinis caussa id faciat, nullo emolumento proposito, non in eadem conditione esse, hanc enim intemperantis esse, illam iniusti, quod id, quod non deceat capiat: diuersa enim ratio atque forma iniuriæ caussas discernit, *l. verum. & l. qui iniuria. ff. de furtis l. 1. & tot. tit. de vi publica*, comparatione facta cum titulo sequenti de vi priuata, *l. aut facta. ff. de pœnis.* Dubitari autem non conuenit, quin vtrumque factum iure nostro coerceatur, quod, vt dixi, præsidio iustitiæ generalis, quod vitii hoc modo contractum sit, corrigere, & emendare solet, *l.*
13 *quamuis. 2. C. de adulteriis. l. mater. §. mulier. ff. eod. tit.* quamuis † circumstantiæ pecuniæ acceptæ tanquam deliberatione interposita faciant, vt tale admissum grauius puniatur, *argument. l. perspiciendum, in fin. ff. de pœnis.*

Translatio Argyropili.

Insuper alia quidem omnes iniuriæ, ad aliquod semper vitium rediguntur: vt si commiserit quispiam adulterium, ad intemperantiam: si deseruerit in acie socium, ad timiditatem: si pulsauerit quempiam, ad iracundiã: sed si lucratus fuerit, ad nul-

Textus græcus.

ἔτι περὶ μὲν τἆλλα πάντα ἀδικήματα γίνεται ἡ ἐπαναφορὰ ἐπί τινα μοχθηρίαν ἀεί. οἷον εἰ ἐμοίχευσεν ἐπ' ἀκολασίαν, εἰ ἐγκατέλιπε τὸν παραστάτην ἐπὶ δειλίαν, εἰ δ' ἐπά-

Translatio Zuuingeri.

Præterea in ceteris quidem omnibus iniuste factis si quid peccetur, id semper ad aliquod genus improbitatis refertur: verbi caussa, si quis adulterium commisit, ad intemperantiam: si eum qui in acie proximus locatus erat, deseruit, ad timiditatẽ:

lam

lam aliam prauitatem, quam ad iniustitiam ipsam refertur.

τάξεν ἐπὶ ὀργήν. εἰ δ' ἐκέρδανεν, ἐπὶ ὐδεμίαν μοχθηρίαν, ἀλλ' ἢ ἐπ' ἀδικίαν.

si quem pulsauit ad iracundiam, sed si quaestum fecit, ad nullum aliud vitium, nisi ad iniustitiam refertur.

Insuper aliæ quidem omnes, &c.) Id, quod ſupra propoſuit, aliis exemplis illuſtrat, vt quæ peccata ad aliud genus improbitatis referri poſſint, illa ad iniuſtitiam particularem deflecti non debeant. Adulterium enim & ſtuprum ad intemperantiam, factum aliquem in acie deſerentis, ad timorem, iniuriam in pulſando aut verberando admiſſam ad iracundiam, ſed ſi quæſtum fecit ad iniuſtitiam referri debere. Quæ diſtinctio refellit opinionem Antonii † Contii, qui negauit, ſe in tractatu iuris noſtri, vni- 14
uerſalem illam iuſtitiam poſſe conſpicere, quod vt recte Angelus Matheacius illum perſtringit, cum veſpertilionibus ad ſolis, in toto iure ciuili refulgentis, ſplendorem caligaret, vel potius cæcutiret. Quis enim negare poteſt & his delictis, quæ iniuſtitia vniuerſali expenſa referuntur, Legiſlatores noſtros occurrere, & iam admiſſa in exemplum vindicare † adul- 15
teria & ſtupra, *l. quamuis. C. de adulteriis, & l. miles. ff. eod. tit. §. item lex Iulia. ff. de publicis iudiciis. l. 1. ff. de extraord. crimin.* timiditatem, *vt l. 2. ff. de re militari. l. omnes & l. antepen. eod. tit. tot. tit. de ſenatuſc. Syllan.* culpam per iram verberando admiſſam, *l. item lex Cornelia. ff. de iniur. & famos. libel. l. ſi non conuitii. C. eod. tit.* Quibus exemplis finitima illa eſſe poſſunt, quæ ſupra *cap. 1. in verb. mediocritas* copioſe diſſerui. Illud ingenue fateor, me hanc particularis & vniuerſalis iniuſtitiæ diſtinctionem, quæ 16
iure noſtro diſertis † verbis comprehendatur, non inuenire: ſed ſatis eſt hanc doctrinam, ſtatim ab initio, *leg. prima. §. primo. ff. de iuſtitia & iure,* inſinuari, dum edocemur, legum & iuſtitiæ munus in hoc conſiſtere, vt æquum ab iniquo ſepararent, licitum ab illicito diſtinguerent, vt prius membrum particularem, aliud autem reliquam prouinciam vniuerſalis iuſtitiæ ſuſtineret. Dixi *reliquam*, quemadmodum enim lex, generis & ſpeciei partes ex cauſſis, quas ſupra retulimus, tuetur, ita eadem lex, quæ iuſtitiam vniuerſalem complectitur, duobus principiis ſiue fontibus, vnde vniuerſum ius manat, diſterminatur, vno, qui nomen proprium habet. Alio, qui generis appellationem, contractiore tamen ſignificatione, retineat. Deinde id coarguit *Nouell. 69.* vt omnes obediant, quæ e-

17 docet, † nullam virtutem esse, quæ iustitia careat. Postremo sufficere constituo in reipsa nullam deprehendi repugnantiam, adhibita & illa
18 consideratione, quod cum Legislatoribus propositum † esset, non certa reipublicæ vulnera vt curarent, sed totum illius statum ita componerent, vt his seminibus iactis illa beatitudo reipublicæ, de qua iam sæpe agimus, efflorescere possit, *l. humanum. C. de legib. l. 1. ff. de nundinis. l. 1. ff. de concept. digest. l. 1. §. 1. ff. de iust. & l. vt vim, ff. de iust. & iur.* Curæ suæ non esse existimauerint, vt iustitiam specialem ab illa, quæ latius pateret, & huius disciplinæ propria esset, nominatim secernerent.

Translatio Argyropili.

Quare perspicuum est, præter totam, aliam esse quandam iniustitiam, vt partem vniuocam. quia definitio genere est in eodem: ambæ namque id possunt, vt sint ad alium. Verum hæc quidem circa honorẽ versatur, vel pecunias, vel salutem, vel si quo vno nomine complecti hæc vniuersa possumus.

Et ob voluptatem, quæ fit a lucro, illa vero circa omnia ea, in quibus studiosus versatur. Iustitias igitur esse plures, & aliam quandam esse præter ipsam totam virtutem, perspicuum iam euasit: sed quænam sit, & qualis, sumamus deinceps oportet.

Textus græcus.

ὥστε φανερὸν ὅτι ἔστι τις ἀδικία παρὰ τὴν ὅλην ἄλλη, ἐν μέρει συνώνυμος. ὅτι ὁ ὁρισμὸς ἐν τῷ αὐτῷ γένει. ἄμφω γὰρ ἐν τῷ πρὸς ἕτερον ἔχουσι τὴν δύναμιν. ἀλλ' ἡ μὲν περὶ τιμὴν ἢ χρήματα, ἢ σωτηρίαν, ἢ εἴ τινι ἔχοιμεν ἑνὶ ὀνόματι περιλαβεῖν ταῦτα πάντα.

καὶ δι' ἡδονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους. ἡ δὲ περὶ ἅπαντα περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος. Ὅτι μὲν οὖν εἰσὶ δικαιοσύναι πλείους, καὶ ὅτι ἔστι τις καὶ ἑτέρα, παρὰ τὴν ὅλην ἀρετήν, δῆλον. τίς δὲ καὶ ὁποία τις ληπτέον.

Translatio Zuuingeri.

Perspicuum igitur est præter vniuersam iniustitiam, aliamquandam esse eius partem, vno eodemq; nomine appellatam quoniam eodem genere vtriusq; definitio continetur. Vtriusq; n. vis in eo posita est, vt ad alterum referatur. Sed hæc quidem in honore versatur, aut pecunia, aut salute, aut si quo vno nomine hæc omnia complecti possimus, & propter voluptatem suscipitur, eam, quæ e lucro proficiscitur: illa autem in iis omnibus, in quibus vir bonus occupatus est. Iustitias ergo plures esse, aliamque quandam præter vniuersam virtutem esse perspicuum est. Quæ sit porro & qualis est intelligendum.

Quare perspicuum est, &c.) Cum supra quibus ex caussis, aut qua ratio-
ne hæ virtutes essent disiunctæ, exposuisset, nunc † aperit in quib. cõue- 19
niant, vt scilicet vno nomine censeantur, vna definitione generali con-
tineantur, & quod vis vtriusq; in eo posita sit, vt ad alterum referatur. Di-
xi, *generali*, quod definitio iustitiæ a nostris proposita, *l. 10. ff. de iust. &* 20
iur. ad omnem iustitiæ speciem possit referri, vt quemadmodum † regu-
lariter, quod conuenit generi vniuersim sumto, idem in specie respuen-
dum non sit, *l. 2. §. creditum. ff. de reb. cred. si cert. petat. l. 47 si quid earum.*
§. inter emtum. ff. de legat. 3. non idem sit in definitione speciei, *d. §. credi-*
tum. Porro, quod de relatione commemoratur, potest admittere diffe-
rentiam, a Diuo Thoma, *d. quæst. 58. art. 8.* insinuatam, quod iustitia par-
ticularis conuenienti comercio siue mutua distributione iuris inter pri-
uatos, illa autem præclariori scopo terminetur, bene instituta societate
generis humani. Repetit deinde in fine, formalem † illam differentiam, 21
cum materia, circa quam versetur coniunctam, qua iustitia, de qua sermo
est, a reliqua discernatur, vt hæc consistat aut in honore, aut pecunia, aut
salute, aut similibus, & propter voluptatem, quam parere lucrum solet,
illa autem circa ea, in quibus probi occupati esse solent, innuere volens,
etiam reliquis vitiis irretitos, circa honores pecuniam & salutem versari,
vt superbiam, illiberalitatem, iracundiam, sed quod illa & similia non sint
coniuncta cum illa voluptate, quæ ratione lucri nasci solet, non esse ad-
scribenda iustitiæ particulari.

Translatio Argyropili.

Determinatum est itaque iniustum quidem esse, quod est contra leges, & quod est iniquum. Iustum autem quod est legitimum, & quod est æquum. Iniustitia igitur antea dicta est, a qua proficiscitur id iniustum, quod contra leges dicimus esse.

Textus græcus.

διώρισται δὴ τὸ ἄδικον, τό τε παράνομον, καὶ τὸ ἄνισον. τὸ δὲ δίκαιον τό τε νόμιμον, καὶ τὸ ἴσον. κατὰ μὲν οὖν τὸ παράνομον, ἡ πρότερον εἰρημένη, ἀδικία ἐστίν.

Translatio Zuuingeri.

Hæc igitur a nobis proposita est iniuria distinctio, vnam esse, quæ contra leges infertur: alteram, quæ ab æquitate, seu æqualitate remota est: itemque ius esse vnum legitimum, æquale alterum. Atque ex ea quidem, quæ contra leges infertur, iniuria superior iniustitia & orta & appellata est.

Determinatum est itaq;, &c.) Idem præsenti in loco inculcat, quod supra sæpius comprehendit. His omnibus bene subductis perspicuum euadere, quod alia sit iustitia, quæ vt genus latius pateat, alia, quæ vt species arctioribus limitibus circumscribatur, idemque in contrario habitu
22 iniustitiæ accidere, † iuxta dispositionem, *l. 35. nihil tam naturale. ff. de reg. iuris.*

Translatio Argyropili.

At cum iniquum & iniustum, quod contra leges est, non idem sit, sed alterum ad alterum sese habeat, vt pars ad totum (nam iniquum omne iniustum, quod contra leges: iniustum autem quod contra leges, non omne iniquum: plus namq; omne iniquum: iniquum autem non omne, plus) iniustum etiam & iniustitia, non eadem sunt, sed diuersa ab illis, & hæc sunt vt partes, illa vt tota. Hæc enim iniustitia, totius est iniustitiæ pars, & iustitia iustitiæ simili modo.

Textus græcus.

ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ πλέον, οὐ ταυτὸν, ἀλλ' ἕτερον ὡς μέρος πρὸς ὅλον (τὸ μὲν γὰρ πλέον ἅπαν ἄνισον, τὸ δὲ ἄνισον οὐ πᾶν πλέον) καὶ ἐπεὶ τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον οὐ ταυτὸν, ἀλλ' ἕτερον, ὡς μέρος πρὸς ὅλον (τὸ μὲν γὰρ ἄνισον ἅπαν παράνομον, τὸ δὲ παράνομον οὐχ ἅπαν ἄνισον) καὶ τὸ ἄδικον καὶ ἡ ἀδικία οὐ ταυτὰ, ἀλλ' ἕτερα ἐκείνων. τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δ' ὡς ὅλα, μέρος γὰρ αὕτη ἡ ἀδικία τῆς ὅλης ἀδικίας. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς δικαιοσύνης.

Translatio Zuuingeri.

Verum quoniam non est idem iniquum seu inæquale, seu ab æquitate remotum, quod plus, sed aliud ad aliud relatum, vt pars ad totum, (quidquid enim plus est iniquum seu inæquale est: Sed non quidquid est iniquum plus est) quoniamque itidem iniquitas & ea iniuria, quæ fit contra leges, non sunt idem (namquidquid iniquum est contra leges committitur; sed non quidquid contra leges committitur continuo est iniquum) efficitur vt hæc iniuria, & hæc iniustitia non sint eadem atq; illæ, sed ab illis differant, partiumquè rationem ad tota obtineant. Hæc enim iniustitia totius iniustitiæ pars est, itemq; toti' iustitiæ hæc iustitia.

At cum iniquum, &c.) In explicatione huius paragraphi Argyropi-
23 lus parum † ex fide, quæ ab Aristotele græce sunt edita, videtur reddidisse, aut sane cum illa ordinis implicatione sententiam Aristotelis complexus

plexus esse, vt obscurior (quod in minus conuenienti serie eorum, quæ dicuntur accidere solet, *cap. 1. dist. 4.*) euadat, confugiendum ad verba Zuingeri, quæ multo felicius id assequi videntur. Docet in præsenti sectione Aristotelis, quod qua proportione se habeat id, quod iniquum est, comparatione facta, cum ipsa iniuria, quæ contra leges inferatur, † vt 24
scilicet eius species sit, & angustioribus terminis concludatur, quod eadem ratione etiam affecta sit, relatio eius, quod plus est, cum eo, quod iniquum est, collata, vt omne illud, quod plus sit cedat & comprehendatur sub illo, quod iniquum sit, aut ab æqualitate remotum est. Enimuero non solum is iniquus dicendus est, qui exigit atque deflectit in se plus, 25
quam par est, sed etiam is, qui ex † oneribus mutuo incumbentibus minus suscipit, quam conueniat. Idque apparet, *ex l. 3. §. præses ff. de muner. & honorib. l. 4. cura. §. 1. l. 6. rescripto. ff. eod. tit. l. semper. §. negotiatio. ff. de iure immunitat. & §. quibusdam. l. qui grauatos. C. de censitorib. & censit. lib. 11. l. omnes. C. de operib. publ.* Quod cum ita sit, facile colligimus, & in hac inspectione idem euenire, quod in superiori, vt ita respondeat cum illo, quod ab æqualitate remotum sit, vt pars, compositione, cum eo quod totum est facta.

Translatio Argyropili.

Quare de iustitia, quæ quidem est pars, & de iniustitia similiter est dicendum, & de iusto etiam & iniusto. Ea igitur iustitia, quæ perinde atq; tota virtus est ordinata, & ea iniustitia, quæ aduersatur illi: quarum altera virtutis, altera vitii totius ad alium vsus est, omittatur. Et iustum id, & iniustum, quod ad has attinet, patet quonam sit modo definiendum.

Textus græcus.

ὥστε καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσύνης, καὶ ἀδικίας λεκτέον, καὶ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἀδίκου ὡσαύτως. ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν τεταγμένη δικαιοσύνη, καὶ ἀδικία, ἡ μὲν τῆς ὅλης ἀρετῆς οὖσα χρῆσις πρὸς ἄλλον, ἡ δὲ τῆς κακίας ἀφείσθω, καὶ τὸ δίκαιον δὲ καὶ τὸ ἄδικον τὸ

Translatio Zuingeri.

Itaque & de iustitia ea dicendum, quæ generi subiecta est, & de iniustitia, quæ illius iniustitiæ pars est, eodemque modo de iure & iniuria. Eam igitur iustitiam eamque iniustitiam, quæ in eodem atq; virtus vniuersa vitiumque vniuersum ordine locatæ sunt, quarum altera totius virtutis, altera totius vitii vsus est cum altero, prætermittamus Ius quoque & iniuria, quæ sunt

κατὰ ταύτας, φανερὸν ὡς διοριστέον. | *his consentanea, quonam modo distinguenda & discernenda sint, non est obscurum.*

Quare de iustitia, &c.] Quamuis Aristoteles hic profiteatur, se velle missam facere iustitiam & iniustitiam illam, quam diligens Legislator, cordi habere debet, & circa quam totam versetur atque desudet, & ordine complecti, quæ pertineant, ad specialem iustitiam & iniustitiam, & per consequens ad ius vel iniuriam in eadem significatione acceptam, tamen antequam illud faciat principia, † iuris vniuersaliter sumti, quod scilicet iubeat vnicuique virtuti conuenienter viuere, & vnumquodque vitium sequi vetet, ob oculos proponit. Hæc principia, quamuis nostri illud non æque animaduerterint, dum has partes adscribunt, tribus illis præceptis, honeste viuere, neminem lædere, ius vnicuique suum tribuere, *vt etiam libro politicorum. 7. cap. 1. & 2. de hac re disseritur*, vt in defensione Iurisprudentiæ, contra quorundam philosophiæ interpretum calumnias, æque nostris legibus † constituuntur, *vt l. 1. §. 1.* dum ait, incumbere conditori iuris, item & reliquis, vt licitum ab illicito separent, æquum ab iniquo discernant. Quæ verba aliam interpretationem admittere non possunt, quam interposita hac distinctione, vt quod licet & æquum est, amplectamur, quod non licet atque iniquum sit, fugiamus, atque repudiemus: iniquum est, quod natura ita comparatum est; illicitum censetur, quod a lege certa ratione ciuili prohibitum est. Huic expositioni respondet *lex. 2. §. fin. item. l. 1. ff. de concept. digest. §. 1. & l. 1. §. 1. C. de veteri iure enucle.* in hæc verba: *Cum itaq; nihil tam studiosum in rebus omnibus inuenitur, quam legum auctoritas, quæ & diuinas & humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit*, item *in præfat. clem.* dum commemoratur principis & legum auctoris id officium esse, vt virtutes inferat, vitia tollat. Vitia autem esse censentur non solum illa, quæ natura † ita comparata sunt, *l. probrum. ff. de verb. sig.* sed etiam, quæ ex legis aut consuetudinis dispositione, *l. sunt quædam, item l. in Ægypto. ff. de extraord. crimin.* quæ distinctio confert ad intelligendum, ex qua caussa Iurisconsultus, non satis habuerit dixisse, quod separent æqua ab iniquis, vel licita ab illicitis, sed vtrūq; potius coniungat. Posset demum hæc ipsa diuisio aliam interpretationem admittere, *vt etiam suo loco ostendi*, vt primum

(Margin numbers: 26 beside "men antequam illud faciat principia, † iuris"; 27 beside "mnias, æque nostris legibus †"; 28 beside "rat, vitia tollat.")

mum membrum, æquum ab iniquo separare, referatur ad iustitiam particularem, alterum vero, licitum ab illicito discernere, ad iustitiam vniuersalem. Animaduertendum autem hoc loco est, posse ex hac Aristotelis traditione, dum primum iustitiam & iniustitiam generalem suis coloribus atq; meritis depingendo, mox de iure & iniuria (quæ parũ latine Argyropilus *iustum* & *iniustum* appellat) tanq̃, quæ inde originẽ ducant, edisserat, contra Balduinum, Mynsingerum & alios, † qui iustitiam iuri, 29
vt obtemperationem subiiciunt, recte contrarium inferri, vt Iurisconsulto, *in leg. prima. ff. de iustitia & iure*, sua enuntiatio constet, sed de hac re supra copiosius.

Translatio Argyropili.

Etenim pleraque legitimorum ea fere sunt, quæ a tota virtute agunt. Lex enim iubet vniuscuiusque virtutis viuere ratione, & vetat vitii cuiusuis viuere modo, atq; legitimorum ea, quæ ad publicam pertinent disciplinam ea sunt, quæ virtutem totam efficere possunt.

Textus græcus.

σχεδὸν γὰρ τὰ πολλὰ τῶν νομίμων τὰ ἀπὸ τῆς ὅλης ἀρετῆς προσταττόμενά ἐστι. καθ' ἑκάστην γὰρ ἀρετὴν προστάττει ζῆν, καὶ καθ' ἑκάστην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος. τὰ δὲ ποιητικὰ τῆς ὅλης ἀρετῆς ἐστὶ τῶν νομίμων ὅσα νενομοθέτηται περὶ παιδείαν τὴν πρὸς τὸ κοινόν.

Translatio Zuuingeri.

Nam pleraque fere iura legitima ea officia sunt, quæ ab vniuersa virtute præscribuntur. Vnicuique enim virtuti conuenienter viuere lex iubet, & vnumquodque vitium sequi vetat. Caussæ autem efficientes virtutis vniuersæ sunt, ea omnia iura legitima, quæ legibus de disciplina ad rempublicam vtili, comprehensa, descripta & constituta sunt.

Etenim pleraque legitimorum, &c.] Hic edocemur, legis præsidia, † eo 30
pertinere, vt virtutem illam vniuersam producant, & per consequens ex conuenienti virtutis functione, illã, quę in hac vita optanda sit, beatitudinem, quamuis de hac ipsa, quæ ex virtutum recta administratione efflorescere soleat, de qua hic Aristoteles non meminit, sed *lib. 1. cap. 4. & seq. item. lib. septimo. politicorum. capite. 1. & 2.* vbi hanc rem copiose persecuti sumus.

Translatio Argyropili.

Sed de singulorum disciplina, qua quidem vir bonus est absolute, vtrũ sit ciuilis, an ad aliam facultatem pertineat, determinandum posterius est. non est n. idem fortasse virum esse bonum & ciuem bonum.

Textus græcus.

περὶ δὲ τῆς καθ᾽ ἕκαστον παιδείας καθ᾽ ἣν ἁπλῶς ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι, πότερον τῆς πολιτικῆς ἐστιν ἢ ἑτέρας ὑστερον διοριστέον. οὐ γὰρ ἴσως ταυτὸν ἀνδρί τε ἀγαθῷ εἶναι καὶ πολίτῃ παντί.

Translatio Zuuingeri.

Sed de disciplina quidem cuiusque priuata, qua quis absolute vir bonus est, vtrum sit prudentiæ ciuilis, an alius facultatis, præcipere, posterius erit disputandum. Non est enim fortassis idem, virum bonum esse & bonum ciuem, in quouis administrandæ reipublicæ genere.

Sed de singulorum, &c.) An sit ciuilis prudentiæ, an alterius facultatis de singulorum disciplina, qua quis absolute sit vir bonus, differere, constituere non possumus, nisi illam, quæ sequitur quæstionem præuertamus,
31 † an idem sit virum esse bonum & ciuem bonum. Enimuero nihil
32 inter hæc duo interesse † videtur, quod qua ratione vir bonus per virtutem moralem, eamque vniuersam formatur, eadem ratione ciuis bonus, iudex, princeps, per iustitiam vniuersam constituitur, vt euincunt verba Aristotelis supra, *sectione verum hæc quidem. in fine.* Constat enim consilia & conatus legem ferentium eo pertinere, vt ex illarum præscripto omnes bonos faciant, *l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur.* & principem pronuntiare, dignam esse vocem eius maiestate, se legibus alligatum fateri, *l. digna vox. C. de legib.* Præterea quod quibus in casibus leges declarent, rem esse arbitrio boni viri committendam, perinde sit atq; in eadem conditione versetur, atq; si iudici bono res commissa esset, *l. 137. continuus. §. 1. ff. de verb. oblig.* quo manifestatur in stipulatione, vt quid Ephesi vel certo in loco præstetur, si tractetur de tempore, quo id explicari debeat, totam illam quæstionem ad iudicem, i. virum bonum remittendam, qui subductis rerum circumstantiis, de quibus ibidem luculenter differitur, definiat. Idem statuitur, in aliis controuersiis, *vt l. non cogendam. 45. ff. de procur. l. societat. 76. §. 1. ff. pro socio. l. si vnius. 17. §. ait prætor. ff. de iniuriis. l. 2. l. nuntiatio. 21. ff. de operis noui nuntiat. l. 18. §. 1. ff. de damno infect. l. 20. §. fin. ff. de operis libert. l. 9. in princip. & §. si lapidicinas. l. 13. in fin. l. 15. §. & si vestimentorum l. 65.*

ff. de

ff.de vsufruct.l.si Stycho 47.ff.de fideicomm.libert.l.de ann.legat.13.l.18.ff.iudicat.solui l.adimatis 50.ff.solut.matrim. Accedit, quod cum prudentiæ tanquam fonti omnes virtutes accepto debeant referri ex mente Socratis, quodq; ex sententia Philosophi nulla virtus, sine prudentia esse possit, *infra.lib.6.cap.fin.* leges a prudentibus ferantur, *l.1.ff. de legib.* Principes denique in conscribendis constitutionibus prudentes in consiliũ adhibeant, *l.humanum. C.de legib.* & credendum omne salubre esse, quod a talibus suggeratur, vel condatur, *d.l.humanum, & c.nisi essent viri, extr.de prebend.*

Vltimo illud inde colligi videtur, quod qua ratione viro bono proposita sit beatitudo tanquam finis, *sup.cap.4.lib.1.* eadem ratione etiam sit & bono ciui, *l.1.ff.de nundin.* Contra † ꝙ inter virũ bonũ, & bonũ 33 ciuem sit differentia, apparet ex hoc Aristotelis responso, deinde quod *vt infr.lib.6.cap.7.* multi fuerint boni viri atque sapientes, vt Anaxagoras, Thales Milesius, qui tamen prudentiæ laude caruerint, sine qua bonus ciuis quis esse non possit. Tertio posse quem philosophia imbutum, in solitudine vt monachum educatum, virum probum euadere, sed non ciuem bonum, quod non sit assuetus publicis functionibus. Enimuero in talibus & scientia legum, & rerum experientia requiritur, *nouel.82. de iudicibus, & vt nullatenus cum iureiurando.§. responsa Instit. de iure natural. gent. & ciuil.cap.cum in cunctis de electione, item cap. Petrus dist.39.* in hæc verba: *Petrus diaconus, quem a vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est: & nostis; quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse sollicitus. cap.1. de supplend.negl.in 6.* Quarto quod auctore Aristotele, *supra cap.1.section.atque perfecta:* procliuior sit ratio, se, mores suos, atque affectiones componendi, quod congruere viro bono videtur, quam si id faciendum sit in rebus, quę cum altero explicandæ sint, quem habitum ex iustitia vniuersa proficiscentem, bono ciui attribuere solemus. Quinto quod probi sit ciuis, & viri experientis, aliam sæpe viam aggredi, conniuere ad ea, quæ non vndequaque bona sunt.

Hinc iudicis est ex actis iudicare, quamuis fortasse de veritate priuatim & secundum conscientiam propriam constet, *l. illicitas §. veritas. ff.de offic.procons.cap.iudicet.3.quæstio.7. cap.pastoralis.§.si vero.de offic.iud.deleg.* quod non videtur conuenire viro bono, *cap.inquisitioni.de sentent.*

excommun. in 6. cap. dominus. de secundis nuptiis, cap. primo, de re iudicat. in sexto cl. prima. §. verum. de hereticis. Est deinde boni ciuis, vt superiori aliquando parum æqua præcipienti obediat, *d. cap. pastoralis. §. si vero, de offic. deleg.* vt maiorē vim in forma mandati, *cap. cum de non Sacerdotali, cap. cum, in illis in princip. §. secundo, & finem, lege tertia. §. in bello. ff. de re militari*, vel rei, quæ explicanda sit, constituat, quam ratione. Hinc testamentum quod vno contextu concinnatum non est, *l. cum antiquitas. C. de testament. §. sed cum paulatim. Instit. eod. tit.* quod a teste nō est subscriptum, aut signatum alio signo, quam annuli, non valet, *leg. 12. ad testium § si quis ex testibus, & §. signum. ff. de testament.* Hinc stipulatio, quæ solemniter concepta non est, nullas vires habet, *l. 1. ff. de verb. oblig.* operis noui nuntiatio, non in loco facta, quamuis ipsi domino sit insinuata, irrita est, *l. 5. §. si quis forte. ff. de operis noui nuntiat.*

Item alienatio rei ecclesiasticę, non inueruениente illa obseruatione, quæ pręscripta est, *cap. sine exceptione 12. q. 2.* de qua re copiose egimus *in §. sacra. Instit. de rerum diuisione & acq. earum domin.* Quod quamuis ęquitas aliud præ se ferre videatur, tamen incommoda, quæ præuaricationem consequi solent, præponderent In proposita quæstione pla-
34 cet distinctio Francisci † Picolominei, *gradu. 10 quæst. 4.* qui contendit ciuem intelligi posse duobus modis, aut totius orbis, qualem Socrates se esse professus est, aut suæ propriç ciuitatis & Reipublicę. Primo eius Reipublicæ, quo ciuis est totius orbis, principem Deum iuxta Socratē, statuemus, cui adstent Angeli, sequātur mox viri sapientes, & probi, qui synceras incorruptasque leges in Dei operibus intueantur. Succedant deinde cęteri hominum gradus & conditiones, qui eatenus sunt mundi ciues, quatenus sunt rationis compotes, voluntate liberi, nati obtemperare Deo principi, & ad eius imitationem ceteris præesse ac imperare. Hinc enim si perpendamus conditiones ciuium totius orbis, singulos homines, totius orbis posse ex caussis & circumstantiis dici probos vel improbos ciues. Et ideo omnes ratione vtentes, pręsertim tamen viros sapientes & prudentes probi ciuis nomen mereri. Hoc modo acceptos ciues a viris bonis non separari. Secundo vero modo rursum ait interesse an considerentur, vt ciues reipublicę mente conceptæ, quæ omni ex parte recta sit, vel vt ciues suę patrię, atque suæ reipublicæ, in terris atque inter homines formatę, vt illic virtus viri boni, atque ciuis boni eadem sit, quod optima respublica, cum republica Dei conformetur, &

perfe-

perfecta virtute perficiatur, cuius princeps sit prudentia, forma virtus vniuersa, quæ sit eadem, (vt ait) cum vniuersa iustitia, regulę sunt leges ex virtutę prodeuntes, ad virtutemque ducentes, scopus est honestum & summum bonum, finis scilicet ac institutum probi viri, probique ciuis sit finem attingere, hic autem vir absolute, bon' & ciuis bonus minime omnis, ex parte sint idem, nec eadem illorum virtus. Sed quod prior forma, que est Dei, minime reperiatur, quod humana imbecillitas, tam exquisitæ formæ non sit capax, spectandas illas, quę quam proxime ad eam accedant, quemadmodum enim imperium ex omni parte perfectum, quale est illud Dei, inter homines non deprehendatur, ita hominem adeo bonum, vt nunquam erret, in terris non inueniri, & in re dubia tutius sit, vt homo se corrigat per approbata in ciuili congressu virorum prudentium consensione, quam vt ipsæ leges & instituta reipublicæ, audeat leuiter damnare. Adeo vt dicere liceat, vt infert, in republica, vt hominibus recte formata, virum, vt homini licet probum, ciuemque probum eundem esse, eademque virtute formari. In imperio autem ac ciuili administratione aperte deprauata, perperamque formata, virum bonum a ciue bono differre, distinctamque esse vtriusque virtutem.

Hactenus Picolomineus Ex cuius traditione animaduertendum est, illam formam reipublicæ administrandæ, quam ipse Dei atque æterni numinis vocat, conuenire cum foro, quod conscientiæ theologi vocāt, in quo auctore diuo Augustino, illa, † quæ sunt perfectionis, requiruntur, vt scilicet id semper intueamur, quod veritas & conscientia dictent, *cap. 44. inquisition. de sentent. excomm.* quod cum Dei consummatissimis pręceptis congruat, vt quis male acceptus, aut contumelia aliqua prouocatus, nedum reprimat iram, sed etiam paratus sit ad aliam iniuriam, æquo animo ferendam, *cap. paratus. 23. quæst. prima*, vt pro malis bona referat, & inimicum beneficio complectatur, *cap. sex sunt differentiæ 23. quæst. 3*, 51

Ceterum cum eius perfectionis, & sanctitatis pauciores sane inueniantur, & tractetur de bene instituta republica, quoad quis id humano consilio, & opera consequi possit, an tū idē de viro bono, atq; ciue probo ꝓnuntiare debeamus, non perinde expeditū esse puto. Adserit Picolomine', refellunt autē illę rationes, quas supra proposui, deinde & illa cōsideratio, quę & supra nos semel, atq; iterū morata est, ꝙ non idem

iustitiæ vniuersalis, atque virtutis sit officium: hæc enim omnes virtutes
36 † complectitur, quę nedum in persona alterius explicandæ sint, sed
quæ pertinent ad sui ipsius rectam conformationem: illa autem conti-
net relationem ad alterum, *vt supra cap. primo*, ex ipso Aristotele audi-
uimus. Hæc sine distinctione per omnes illas virtutes, quæ in alterius
persona sint exerercendæ, se fundit atque exserit: illa autem circumscri-
pta est terminis legum, vt quoad legibus aliquid præscriptum est, obti-
neat, vt ibidē etiam rem digessi. Hæc a lege diuina, quam perfectam vo-
cauimus, plura mutuetur, quod tamen in iustitia vniuersali non æque
procedere solet, dum in iudicando conscientiæ potius, quam pro-
bationibus innitendum sit, quod mandati fines & formam præscri-
ptam excedere nequeat, vt supra ostendimus, *l. illicitas. §. veritas. ff. de
offic. præsid. cap. iudicet. 3. quæst. 7.* Hæc denique licet eadem radice virtu-
tis niti, atque exsistere videatur, tamen in accommodatione officii, vt
ne ipse quidem Picolomineus diffitetur, diuersas partes sustinet, vt &
supra admonui. His bene ponderatis & subductis † animaduertimus,
37 nedum in deprauata republica, sed illa quę bene instituta sit, bonum
38 virum, & bonum ciuem non eadem virtute censeri, † sed in multis
præstare bonum virum, contra in aliis multis cedere. Ecce tamen inter
hos duos plurima communia quorum ratione ciuis bonus, magistratus,
iudex, vir bonus iure dici possit, vbi scilicet res ex bono & æquo sit diiu-
dicanda, *vt d. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. item l. 45. non cogendum.
ff. de procurat. l. 76. societatem. ff. pro socio. l. 17. si vnius. §. prætor ait. ff. de iniuri-
is & aliis in legibus, supra commemoratis.* Quod autem in deprauata re-
publica inter bonum virum, & bonum ciuem intersit, *vt ostendit ipse
Picolomineus*, negari non potest: an autem si magna declinatio sit a vir-
tute & conspicua, viro bono exsilium potius eligendum sit, vt idem au-
ctor affirmat, & Catonem in bello ciuili † pronuntiasse ferunt, dum ne-
29 dum Cæsaris, sed & Pompeii consilia, & conatus detestaretur, se e-
nim si Cæsar vicisset moriturum, sin autem Pompeius exsulaturum,
40 non ita facile fuerit constituisse, quod ciuis bonus † sua pręsen-
tia multa corrigere, atque plurimis malis occurrere possit: satius-
que nonnunquam quiduis perpeti, & omnem contumeliam conco-
quere, quam committere, vt per absentiam nostam homines soluti
omni metu, atque pudore in omne genus flagitiorū ruant, & consue-
tudine obdurati, quod deprauatissimum sit, virtutis esse ducant.
Vnde

Vnde eundem Catonem id Ciceroni † exprobrasse, & Plutarchus, & alii auctores sunt, pessime illum, & sibi, & Reipublicæ consuluisse, quod 41
Italia relicta ad Pompeium se contulisset: potuisse enim illum etiam apud Cæsarem manentem, & ante, & post victoriam, si illa postea potiretur auctoritate, & consilio suo plurima etiam deprauatæ reipublicæ vulnera curasse. Ex his igitur apparet, pronuntiatum Catonis & Picolominæi non esse indistincte intelligendum, sed ex caussis & personis illud constituendum. Si enim manendo parum proficere posset, aut scandali occasionem præbiturus esset, vt in persona Catonis, qui cum propter insignem grauitatem ipsius, qua ex natura, disciplina, confirmata consuetudine præditus erat, non potuisset quidquam sine offensione aliorum de cursu semel instituto remittere, aut sine aperto discrimine, idq; sine vllo profectu tueri: satius esse videbatur, si discedens & vitæ suæ consuleret, & tacite, quæ perperam fierent damnaret, exemplum illa saltem paulatim, disfluendi præberet. In Cicerone vero multa aliter cõparata erant. Porro eo casu iudicium Picolominei probandum † esset, 42
quo de religionis caussa ageretur, quam seruare & profiteri ex praua reipublicæ dispositione non posset, tunc enim conniuendi consilia locum non habent, *cap. non existimet, & cap. nolite timere. 11. q. 3. cap. sunt quædam 25. q. 1.* His ita enucleatis, definienda videtur quæstio ab Aristotele proposita, † cuius facultatis sit de singulorum disciplina, qua absolute, quis 43
vir bonus sit, disceptare. Quod ipsum nedum arduum, sed satis intricatæ rationis esse videtur, quod in vno tales qualitates nullo modo, aut rarissime inueniantur, vt scientia eo pertinentium disciplinarum instructus sit. Conandum tamen, vt rudi modo, quid nobis videatur, complectamur, & saltem per vmbram designemus. Existimo itaq; perfecti hominis, atq; viri absolute boni disciplinam a Theologis requirendam: illam autem, quæ versetur in consideratione virtutum, quæ pertineant ad interiorem hominem, vt boni viri formandum, quatenus illud humanæ naturæ & institutioni conueniat, ab Ethicis præceptis petendam. Qua in re desidero consummatiorem doctrinam, quam quæ nomine Aristotelis in his decem libris circumferatur, quod vix decimam partem eius, quod ad perfectionem traditionis pertineat, attigerit, & per rerum naturam omnia attingere & complecti non potuerit, quod sane ex comparatione huius quinti libri cum iurisprudentia apparere potest, cum iustitia etiam in specie accepta, non infima sit illarum virtutum, quibus

probum virum præditum esse oporteat, sed contentione facta excellat. Haurienda deinde pro non contemnenda parte talis disciplina est, cum ex institutis politicis, tum maxime legum iusta interpretatione, quamuis enim illa referantur potius ad constituendum bonum ciuem, tamen, quia ab eodem fundamento & fonte vtraq; denominatio (cum distinctione tamen, quam supra verborum compendio comprehendimus) procedat, & in alia virtutis officia conferre nequeat, qui id in se ipso negligat,
44 facile intelligimus † vtrumq; legislatoribus, quoad scilicet illa beatitudo, quæ ex ciuili societate efflorescere solet, exposceret, cordi fuisse, vt satis adsequimur ex his, quæ scripta reliquit Aristoteles *capit. 1. huius libri & supr. libr. 2. cap. 2.* Cuius autem scientiæ aut facultatis sit, disciplinam,
45 qua ciuis bonus constitui † possit, consectari atq; exponere, facile intelligemus si verba ipsius Aristotelis præsenti *in paragrapho & d. cap. 2. 3. lib. 1.* ponderemus illam politicis præceptis, potissimum autem ciuili facultati, quæ cum scientia et auctoritatē coniunctam habeat, accepto ferendam.

Translatio Argyropili.

Iustitiæ autem eius, quæ est pars, & eius, quod ad ipsam attinet iusti, vna quidem species est ea, quæ in distributione cōsistit, aut honoris, aut pecuniarum, aut ceterarum rerum, quæ inter eos diuidi possunt, qui in eadem ciuili societate versantur, in his enim fit, vt quispiam & non æquum habeat ad alium, & etiā æquum, alia autem ea, quæ in commercijs est hominum emendandis, cuius sunt duæ partes.

Textus græcus.

τῆς δὲ κατὰ μέρος δικαιοσύνης καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν δικαίου, ἓν μὲν ἐστὶν εἶδος, τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς, ἢ τιμῆς ἢ χρημάτων ἢ τῶν ἄλλων, ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας. ἐν τούτοις γὰρ ἐστὶ καὶ ἄνισον ἔχειν, καὶ ἴσον ἕτερον ἑτέρου, ἓν δὲ, τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν.

Translatio Zuuingeri.

Eius autem iustitiæ, quæ vt pars subiecta generi est, iurisque eius, quod ei consentaneum est, vna species est, quæ in distributione vel honoris, vel pecuniæ, vel aliarum rerum, quæ inter eos diuidi possunt, qui eiusdem reipub. communione inter se coniuncti sunt, versatur: in his enim est, vt alter cum altero, & æquum & iniquum consequatur. Altera, quæ in rebus contrahendis vim corrigendi atq; emendandi habet. Huius porro duæ sunt partes.

Iustitiæ autem eius, quæ pars est.) Hoc loco Aristoteles tractat de iustitia, quæ generalis iustitiæ pars est, & illius duo membra constituit, quod alia

alia sit † distributiua, alia commutatiua, quæ in commerciis hominum e- 46
mendandis versetur. Hæc diuisio ipsius Aristotelis, parum cum dispositi-
one nostri iuris conuenire videretur, quod vt ex definitione iustitiæ ap-
paret, *l.10.ff.de inst.& iur.* distributionis verbo hæc omnia expensa videa-
tur referre. Sed difficultatis expediendæ procliuis videbitur ratio, si illa
memoria repetemus, q̃ initio primi capitis de benigniori & arctiori vo- 47
cabuli interpretatione explicauimus. Enimuero verbũ, † tribuẽdi, ita cõ-
paratũ est, vt modo angustius accipiatur, modo latius, modo vero latissime.
In definitione n. nostri iuris, & illa Cicer. tribuendi significatio plenissima
est, vt nedũ tria illa præcepta, honeste viuere, neminẽ lædere, ius cuiq; suũ
tribuere, & prӕterea alia principia includat, atq; vi sua coerceat: In distin-
ctione illorum præceptorum, latã recipit quidem significationẽ, sed quæ
ad particularẽ iustitiam solam pertinere videatur. In præsenti vero diuisi-
one ad angustiores terminos reuocatur. Est autem inter has duas partes
insignis † differentia, quod vt cõmeminit hic Aristoteles, & animaduer- 48
tit etiam D. Thomas, *2. secunda. q. 61. art. 1. Did. Couar. part. 2. suæ relectionis.
§. 7. nu. 1.* distributio locum habeat in rebus cõmunib. quæ ex dignitate &
meritis, auctoritate magistratus, superioris, vel similis personӕ, inter illos,
qui communione † coniuncti sunt, dispartiendæ veniunt, vt sunt pecu- 49
niæ in hunc vsum destinatæ, *l. ambitiosa. §. fin. ff. de decret. ab ord. faciend. l. 2.
§. fin. ff. de legat.* honores, *l. penult. C. ad leg. Iul. repet.* administrationes, mu-
nera, *l. 3. §. præses. ff. de muner. & honor. & alia, de quibus suo loco.* Com-
mutatio refertur † potissimum ad res proprias, quæ per συνάλλαγμα, in 50
alium transferuntur. τὸ συνάλλαγμα † Argyropilus *commercium,* Zuuin- 51
gerus *contractum,* latine reddidit. Vltimam versionem commendat, *l.
Labeo. ff. de verb. significat.* in hæc verba: *Labeo libro primo prætoris vrba-
ni, definit, quod quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahan-
tur. Et actum quidem, generale verbum esse, siue verbis, siue re quid aga-
tur: vt in stipulatione vel numeratione. Contractum autem vltro citroq; ob-
ligationem, quod Græce συνάλλαγμα vocant, veluti emtionem, venditio-
nem, locationem, conductionem, societatem. Gestum rem significare, sine
verbis factam.* Sed sane hanc ipsam interpretationem videtur nonnul-
la absurditas sequi, ꝙ cum appellatione contractus nõ contineantur ob-
ligationes aliæ, quã q̃ mutuã aliquã relationẽ habeant, vt emtio, vendi-
tio, locatio, cõductio, duorũ alterũ necesse est, vt statuamus, in describẽdo
συνάλλαγματι lapsum Aristot. aut IC. quorũ alterũ si cõcedamus, haud scio

vtrum labem piaculo dignam simus contracturi. Constituo a proposito periculo nobis præstare posse traditionem, cuius iam sæpe meminimus, non alienum a ratione censeri: vt vnum & idem verbum pro subiecta materia modo plenius, modo angustius accipiatur, quod etiam in præsenti vocabulo accidere videmus, vt ex mente Aristotelis τὸ συνάλλαγμα nedũ
52 ad contractus, alias ciuiles obligationes, sed etiam † ad delicta referatur, quod in specie notauit Angelus Matheacius, *lib.1.de via & rat.iur.capit.3.* quamuis in eo impegisse iudicandus sit, quod συνάλλαγμα constituat † materiale, & vt ipse vocat, adæquatum subiectum iurisprudentiæ, cum tamen ipse Aristoteles partem iustitiæ distributiuæ inde separauit, quod idem in dictione, *contractus*, apud latinæ linguæ auctores eueniat, memoria non repeto, cum distinguant legislatores nostri obligationes, quę ex maleficio nascantur ab illis, quas producant contractus, *l.1.& l.ex maleficio.ff.de oblig.& act.* illud facile tamen a nobis impetrabunt, ex re admitti posse, vt etiam appellatione contractus, omnis caussa obligationis comprehendatur, vt fit, *l.omnem 20.ff.de iudicijs,* in hæc verba. *Omnem obligationem pro contractu habendam existimandum est; vt vbicunq; aliquis obligetur, & contrahi videatur, quamuis non ex crediti caussa debeatur.* Idem
53 de verbo commercium dici possit, quod a merce deductum † latius quidem patet, quam vt accommodetur ad illas conuentiones solum, in quibus merces interuenire solent, vt apparet ex *l.ex hoc iure.ff.de iust.& iur.* sed tamen ad delicta improprie porrigitur.

Translatio Argyropili.

Commerciorum namque quedam sua sponte faciunt homines, quedam inuitis ipsis efficiuntur. Et ea quidem, que sponte faciunt, talia sunt, venditio, emtio, mutuatio, vadimonium, locatio, depositio, mercede conductio, atque propterea sponte hec fieri dicuntur, quod principi-

Textus græcus.

τῶν γὰρ συναλλαγμάτων, τὰ μὲν ἑκούσιά ἐςὶ, τὰ δὲ ἀκούσια. ἑκούσια μὲν τὰ τοιάδε οἷον πρᾶσις, ὠνὴ, δανεισμὸς, ἐγγυὴ, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίσθωσις. ἑκούσια δὲ λέγεται ὅτι ἡ ἀρ-

Translatio Zuuingeri.

Contractuum enim alii sponte nostra, alii nobis inuitis fiunt. Sponte fiunt, exempli caussa, hi, venditio, emtio, mutuum, fideiussio, commodatum, depositum, locatio & conductio. Dicuntur vero sponte fieri, quia horum contractuum principium nostra sponte instituitur.

umipso-

num ipsorum sponte procedit, ea igitur. χὴ τῶν συναλλαγμάτων τούτων ἑκούσιον.

Commerciorum namq.) Hoc in loco ostēdit iustitiæ cōmutatiuæ † duas partes esse, vnam, quę sponte, aliam, quæ inuitis illis, cum quibus negotiū sit, explicari solet. Docet a. sponte contrahi emtionem, vēditionem, mutuum, fideiussionem, depositum, locationem & conductionem mercede factam. Hoc loco non iniuria reprehendi translatio † Argyropili potest, qui ἐγγύην vadimonium appellet, cum idem sit, quod fideiussio, vt apparet ex Nouella de fideiussorib. vbi fideiussorem ἐγγυητὴν appellari videmus. Quod & ipsum animaduertimus fieri a Theophilo *Instit. de fideiuss.* item a ictore Basilicorum, *lib. 7. tit. 14. cap. 2.* Porro † vadimonii longe recisiorē esse significationem, quam fideiussionis, inde colligere licet; quod vadimonium ille contrahebat, qui reum capitis suo periculo sistendum spōdebat, cuiusmodi vadem se constituit Damon pro Pythio, vt commemorat Cicero *lib. officiorum 3. item Valer. Max. lib. 4. cap. 7. de amicitia, Auson Paulino,* & promissa obiens vadimonia Damon, de quibus etiam commeminit Titus Liuius *Dec. 1. lib. 3.* dum quos vades Cæso capitis postulatus, dederit, enarrat. Præterea & ille vadimonio se obstringebat, qui etiam in caussa ciuili de aliquo sistendo fidem suam interponebat, *vt apparet ex Oratione Ciceronis pro Quintio, Budæus in annotat. ad l. posteriorem. de origine iuris, Cuiacius in l. aut prætor. §. item & in eromodiciis. ff. de minoris in integ. restit.* Quo pertinet illud Horatii. *libr. 1. sermon. Sat. 2. Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem.* Eodem referri possunt illa Apuleii *libr. 9. de Asino*, vadimonio *sistere*, Senecæ *lib. 3. de benef.* vadimonium promittimus, tamen deseritur. Porro, quod vadimonium omnem caussam fideiussionis, quæ etiam extra iudicium præstetur, complectatur auctoritate emendate loquentium non facile adseri & conuinci poterit. Valla *libr. elegant. 6. cap. 11.* Irrepsit præterea ex minus considerata Argyropili versione, & aliud vitium, quod nullam commodati mentionem faciat. Sed hæc, vt non tanti momenti missa faciamus. 54 55 56

Non alienam ab hac Aristotelis doctrina esse iuris nostri dispositionem, inde constare potest, quod generaliter definiant, nullum contractum, aut similem † obligationem institui posse, nisi voluntas siue consensus vtrimq; interueniat, *l. 55. in omnibus rebus, item l. 57. in omnibus negotiis. ff. de obligat. & act.* quo pertinent multæ aliæ leges, idem plane decla- 57

rantes, *l. in venditionibus. ff. de contrah. emt. l. 82. inter stipulantes. §. 1. & l. 1. §. si cui. ff. de verb. obligat. l. si ego. ff. de reb. cred. si cert. pet.* Enimuero, vt Iurisconsultus commemorat, substantia harum obligationum in voluntate contrahentium versatur, *l. 3. ff. de obligat. & act.* Recipit autem hæc ipsa inspe-
58 ctio nonnullam difficultatem, quod *l. 21. si mulier. §. si metu. ff. quod metus caussa gestum est*, edoceamur, contractum † vel quasi contractum, ac similes obligationes, non vitiari, quamuis metu coacti illas instituerimus, item, quod *l. 1. de episcopali audientia, l. prim. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrbi, deinde l. si quando. Codic. de operib. pub. l. si venditor. §. si constat. ff. commun. de seruit.* comprehendatur, tales contractus etiam ab inuitis extortos obstringere. Sed circumstantiæ legum, & rationes ita decidendi bene ponderatæ, quidquid inde possit exsistere periculi, facile discutient.

Enimuero metu proposito, quamuis libera disponendi facultas an-
59 gustetur, non tamen cessat promittentis † voluntas, *cap. merito. 15. quæst. 1.* quia tamen res est perniciosi exempli, quem timore discriminis ad huiusmodi contractus, & similia compellere, auctoritate legum, illi, qui damnum sensit per actionem, quod metus caussa gestum est, vt rescind. subuenitur, *d. l. 21. §. si metu. & §. seq.* Reliquæ leges conceptæ sunt in singularem casum, quo reipublicæ rationes id exposcerent, quamuis & hic commemorari possit, voluntatem eius, qui ad ea, quæ dicta sunt, adigitur aliqua ratione interuenisse, cum omnes ciues tacite in leges, consuetudines, magistratuum deinde iusta imperia intelligantur consensisse, *l. 1. ff. de legib.* vbi inter alia legis requisita declaratur, quod sit communis reipublicæ spõsio, *l. 1. ff. de legib. l. 1. ff. de const. principum, §. sed & quod princip. Inst. de iure natural. gent. & ciuil.* quo leges manifestant, talem moderationẽ & potestatem consensu populi in superiores translatam. Quod a. alia ratio
60 sit delictorum, vt sc. committantur in inuitos, † argumentũ præbere potest illa iuris definitio, quod volenti nulla iniuria inferatur, *l. . . §. vsq. adeo. l. 26. si quis seruum. ff. de iniuriis, l. si quis serua. C. de furt.* Quæ ad huius axiomatis vlteriorem interpretationem pertinent, suo loco reseruo.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Eorum autem, quæ inuitis hominibus fiunt quædam clã-	τῶν δὲ ἀκουσίων, τὰ μὲν λαθραῖα,	*Eorum autem, qui nobis inuitis fiunt, alii sunt clandestini*

destina sunt, vt furtum, adulterium, beneficium, lenocinium, seruorum seductio, cædes cum dolo, falsum testimonium. Quædã violenta, vt verberatio, vincula, mors, rapina, membrorum captio, conuitium, contumelia.

οἷον κλοπὴ, μοιχεία, φαρμακεία, προαγωγεία, δουλαπατία, δολοφονία, ψευδομαρτυρία. τὰ δὲ βίαια, οἷον αἰκία, δεσμὸς, θάνατος, ἁρπαγὴ, πήρωσις, κακηγορία, προπηλακισμός.

stini, vt furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, serui alieni deceptio, aut corruptio, cædes dolo commissa, falsum testimonium: alii sunt violenti, vt verbera, vincula, mors, rapina, debilitatio corporis, maledicentia, contumelia.

Eorum autem quæ.) Subiicit Aristoteles aliam subdiuisionẽ, † quod 61 delictorum quædam clam, quædam aũt per violentiam perpetrentur, clã vt furtum, *l. 1. ff. de furt.* adulterium, *l. si quis. C. ad leg. Iul. de adult. cap. præterea. extr. de testib.* veneficium *l. 1. C. de malefic. & mathemat. l. 1. §. 17. occisorum. ff. de Senatusc. Syllan.* addit Aristoteles & Lenocinium, quod non videtur cum nostris legibus conuenire, quæ damnant lenones, quod talia lenocinia non tam clam, † quam palam & publice exerceant, *vt l. 4. Athletas. §. ait prætor. ff. ex quib. caus. quis infamia notetur, vt Nouell. de lenonib. item l. Lenones. C. de episcopal. audient. l. quæ adulterium. C. de adult.* Sed expedita responsio est, & tale crimen clam quoq; cõmitti, maxime si agatur de lenocinio mariti, *l. cum mulier. ff. sol. matrim. l. 29 mariti. §. quæstum. ff. ad l. Iul. de adult.* Conuincit deinde hoc ipsum quotidiana rerum experientia. Sequitur in textu seruorum seductio. Est & iure nostro serui corrupti constituta actio, si quis seruo persuaserit, vt furtũ faceret, vel fugeret, vt peculiũ intricaret, rationes dominicas interciderct, adulteraret, vel similia designaret, *vt l. 1. §. fin. cum leg. seq.* quæ consilia cum clam misceri soleãt, recte Aristoteles tale delictum clandestinis adscribit, cædes dolo cõmissa, *vt l. perspiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. l. 29. capitalium. §. 20. grassatores. §. igni. §. famosos. eod. tit.* l. *1. l. nullus. l. nemo. l. eorum. de malef. & mathem.* Sed hic oritur difficultas ex illa † consideratione, quod cædes palam admissa, 63 atq; per violentiam, dolo facta dicatur, *l. 1. §. dolum malum. l. 19. si fideiussor. eod. ti. l. 2. § doli. ff. de vi bonor. raptor.* Tollemus exsurgentem hoc loco obicem, si Aristotelem intelligamus de cæde, quam quis ex insidiis infert, adeo, vt doli pronuntiatio non tam late ex mente Aristotelis pateat, quam alias fieri solet: falsum testimonium, nedum testimonium, sed omne crimen falsitatis hac labe infectum cõplecti videtur, si furtim concipiatur,

l. vbi. C. ad l. Cornel. de falsis. l. 1. §. incidit. ff. de Senatusc. Turpill. Sequuntur deinde secundi membri exempla, scilicet, delicta, quæ cum violentia sint coniuncta, verberatio, *l. 1. §. 1. l. 7. ff. de iniuriis*, vincula. *leg. 13. §. si quis. cum leg. seq. eod. titul. l. 2. Cod. de custod. reorum*, mors, *vt l. prim. & tot. tit. ff. & C. ad leg. Cornel. de sicariis*, rapina, *l. nihil tam consensui. l. hoc iure. ff. de reg. iur. l. . . & tot. tit. ff. de vi bonor. rapt. l. 1. ff. de publican. is*, membrorum captio, *πήρωσις* debilitatio membrorum, scilicet, de quo, *§. pœna. Inst. de*
64 *iniuriis, item l. 15. §. 33. prætor ait, ff. eod. tit.* † conuitiū & contumelia. Hæc duo exempla non carent scrupulo. Primo, quod genus cum specie commisceatur. Contumelia enim nedum alia, sed & conuitiū complectitur, *l. 1 §. 1. ff. de iniur. l. 15. item apud Labeonem. §. ait prætor*, deinde q̄ nō animad-
65 uertemus, † quomodo conuitium & contumelia inter violenta delicta recenseri debeant. Enimuero certa nedum iure nostro, *vt l. 1. §. dolum. l. Fulcinius. §. quid sit latitare, l. 17. Quintus Mutius. §. cui aurum. ff. de aur. & arg. leg.* Sed ipsi Aristoteli & in Topicis, & *lib. 2. posterior. cap. 10. & 14.* ꝓbata illa enuntiatio est, quod cui non conuenit definitio rei, nec ipsum definitum conuenire. Porro vis definitur esse, *l. 2. ff. de eo quod metus caus. fact. est.* maioris rei impetus, qui repelli non potest. Porro hæc definitio non potest aptari maledictis, & illis contumeliis, quæ scripto contrahuntur. *§. 1. I. . . de iniuriis. l 7. §. fin. & l. seq. ff. eod.* vel gestu, dum in alterius ignominiam barbam promittit, capillos alit, atq; demittit, veste atrata incedit, *l. item apud Labeone. §. generaliter, item l. 39.* vel famosam, vel quæ ad suggillationē alterius pertineat, cautionem cōponit, voce, cythara, tibiis, publicari atq; passim dissipari curat, *d. §. generaliter.* vel virginem assidua insectatione in suspicionē cōtaminatæ pudicitiæ vocat, *d. l. 15. apud Labeon. §. meminisse*, q cum alterius infamia atq; denigratione, quid pingi aut sculpi curat, *l. 37. constitutionib. eod. tit.* aut qui imaginem Imperatoris ad inuidiam alienam portet, *l. Senatuscons. eodem tit.* Si collegium illicitum quis instituat *tot. tit. ff. de colleg. illicit.* Si hæresin vel similem superstitionem palam profiteatur, *vt tot. tit. Cod. de hæret. de apostatis, de iudæis & cælicolis, item in decretalibus sexto, & clementinis*, si mulier seruo nubat, *l. 1. Cod. ne mulier quæ se propr. ser.* tutor cum pupilla matrimonium contrahat, *l. 1. si quis eam, cuius tutor fuit, corruperit*, vel similia delicta publice, committat, quæ natura, lege, consuetudine prohibita sint. Ceterum pro defensione Aristotelis non intempestiua videtur esse consideratio ab eodem, *libro secund.*
66 *cap. 7.* insinuata, vberioris † doctrinę ergo nos fingere vocabula, aut aliam

quam

quam, cui rei seruiant, significationem, imponere posse. Accedit quod hanc eandem caussam secuti legum nostrarum conditores adhuc pleniorem intellectum adscripserint, *vt l. creditores. C. de vi & armata, item l. exstat. ff. quod metus causs. gest.* Vbi verba, quæ propositum instruere possint, hæc potissimũ occurrrunt, *in vim putas esse solum, si homines vulnerentur, vis est & tunc, quotiens quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit.* Eodem pertinet obseruatio Alciati in compositione verbi, *iustitia*, dum iustitiam inde dictam contendit, *vt & Schardius in suo lexico*, quod vim, id est, vt ipsi interpretantur, omnem iniuriam sistat. Si igitur omne, quod non iure fiat, comprehendat, cur ad certam eius partem referri non poterit, cum palam scilicet iniuriæ in inuitos inferuntur.

LIBRI QVINTI ETHICORVM CAP. III. Secundum Agyropilum, & VI. Secundum Zuuingerum.

De iustitia distributiua.

SVMMARIA.

1 *Iustitiam esse medium inter ea, quæ iniqua & iniusta sunt.*
2 *Quomodo illud intelligendum.*
3 *Naturalem rationem dictare, omnibus pro dignitate tribuendum esse.*
4 *Ius, inter ea, quæ excedant & deficiant, conuenientes partes accommodare.*
5 *Æqualitatis nulla potest esse consideratio citra relationem.*
6 *Quomodo æqualitas consistere possit.*
7 *In iustitia distributiua, eiusque relatione quatuor plerumque sumenda sunt, idque exemplis illustratum.*
8 *An idem obtineat in commodato, deposito.*
9 *Æqualitatem inter plures filios & filias commendari.*
10 *In dubio æquales portiones heredibus adscriptæ videntur.*
11 *Societas intelligitur ex æquis partibus contracta.*
12 *Incommoda, quæ ex inæquali distributione oriri solent.*
13 *Æqualitas vnde metienda.*
14 *Alia eaque insignis differentia, quæ iustitiam distributiuam, a commutatiua separet, quod scilicet in distributiua habeatur ratio dignitatis.*

15 *Adme-*

15 Admodum controuersum, ex qua re dignitatem definire debeamus.
16 Partitio Aristotelis minus absoluta in proposita quæstione.
17 In quibus legislatores dignitatem constituerint.
18 Dignitatem non solum ex virtute, sed ex multis aliis rationibus æstimandam esse.
19 Ex numero suffragiorum, ex splendore vitæ, nobilitate, libertate, temporis prærogatiua, vel ætatis, ordinis, vicinitatis, necessitudine, meritis, voluntate & affectione, sua distribuentis.
20 Quid obtineat, si tractetur de diuisione onerum.
21 Cuius sit hanc distributionem instituere.
22 Cur legislatores ex sola virtute dignitatem non constituerint.
23 Ea, quæ sunt consilii, non semper ad necessitatem legis transferuntur.
24 Quæ videatur esse sententia Aristotelis in dignitate constituenda.
25 Proportionem non verti in numero, vel mensura quo aritmethico, vel geometrico more quid simpliciter subducimus.
26 Exemplum in distributione prædæ.
27 Caussa, quare equiti cumulatius salarium, vel congiarium debeatur, quam pediti.
28 Casus in quibus peditis opera equitis præferenda sit.
29 Omnis proportio, siue coniuncta, siue disiuncta in quatuor potissimum versatur, idque exemplis demonstratur.
30 Proportionem, etiam mutato ordine, iniri posse.
31 Exemplum in archiduce, duce, comite, barone tam coniunctæ, quam disiunctæ proportionis.
32 Aliud exemplum in decano, archidiacono, episcopo, & archiepiscopo, in visenda diœcesi.
33 Aliud exemplum, in seruo ad dominum, & filio ad patrem.
34 Proportionis exempla in SC. Trebelliano.
35 Si pater testamento ita scripserit. Si filius mihi natus erit ex besse heres esto, ex reliqua parte vxor, si vero filia mihi nata fuerit, ex triente heres esto, ex reliqua parte vxor, & filius & filia nati sint, quæ sit ratio proportionis in successione.
36 Declarata lex clemens. ff. de hered. instit.
37 Appellatio legis si ita scriptum. §. 2. eod. tit.
38 Exemplum proportionis in l. Falcidia ex responso Affricani Iurisconsulti.
39 Intellectus legis. 88. §. fin. ff. ad leg. Falcid.

40. Quæ

Translatio Argyropili.

Cum autem iniustus sit iniquus, & iniustum iniquum, constat & aliquod medium esse iniqui. Atq; hoc est ipsum æquum. Quo enim in actu plus est, & minus, in eodem est etiam æquum, si igitur iniustum est iniquum iustum est æquum, quod quidem & absque ratione cunctis ita esse videtur.

Textus græcus.

ΕΠΕΙ δ' ὁ ἄδικος, ἄνισος, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον. δῆλον ὅτι καὶ μέσον τι ἔστι τοῦ ἀνίσου. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἴσον. ἐν ὁποίᾳ γὰρ πράξει ἐστὶ τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον, ἐστὶ καὶ τὸ ἴσον. εἰ οὖν τὸ ἄδικον ἄνισον. τὸ δίκαιον ἴσον. ὅπερ καὶ ἄνευ λόγου δοκεῖ πᾶσιν.

Translatio Zuuingeri.

Quoniam autem & iniustus, iniquus: & iniuria, iniquitas est: perspicuum est, aliquod esse etiam eius, quod iniquum est, medium. hoc autē est æquum, seu æquale. In quacunque enim actione plus est, & minus, in ea æquum quoq;, seu æquale reperitur. Si igitur in iniuria est iniquitas, seu inæqualitas: ius erit æqualitas. Quod etiam si ratio cur ita sit, non afferatur, ita videtur omnibus.

Cum autem) Ex quo Aristoteles, superiori capite constituit, se deinceps differere velle de iniustitia & iustitia, quæ species sit, quaq; paria cum iniquitate & æquitate faciat, nō inconuenienter, quem locū æquitas collata, cum iniquitate obtineat, & quod eius sit officium, aperire censendus est. Cum itaque ait, iniustus sit iniquus, & iniuria iniquitas, perspicuum quoque esse, † vt aliquod ipsius medium, subnectens has partes sustinere æquitatem, seu æqualitatem. Ne autem hæc ipsius illatio in suggillationem incideret, quod absurdum iudicari possis, vnius rei

aliquod medium esse, tollit quicquid ex tali consideratione difficultatis nasci poterat, quod iniquitatem vi sua duo inter se longo interuallo
2 disiuncta complecti commemoret, † plus scilicet & minus. Necesse igitur esse, vt in quacunque actione hæc versentur, quod moderatione sua rem ad conuenientem formam reuocet, quoque reperiatur ipsum, scilicet æquale vel æquum, quod etiam non dissimulant nostræ leges, dum consilia legislatorum, deinde iurisprudentiæ officium eo pertinere deprędicant, vt licitum ab illicito, ęquum ab iniquo separent, *l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur.* vt scilicet iniquitate sublata ęquitatis partes accommodentur, *l. 1. ff. si quis caut. iud sist. l. imperatores. ff. de seruit. vrban. præd. §. & quidem. Instit. de rerum diuis. & acq. earum domin. l. 1. ff. de appellat.* Neue ex gratia huic plus tribuamus, aut ex odio vel simili adfectione illi minus, *l. cum filiusfamilias, ff. de iud. l. fin ff. de extraord. cognit. cap. 1. de re iud. in 6.* Subnectit deinde Aristoteles per argumentum a contrariis patere, quod si quod iniustum est, iniquum sit, idem quoque obtineat in eo, quod iustum est, vt idem statuatur quod æquum. Quod adeo perspicuum esse contendit, vt sepositis his rationibus vna, eaque omnium consentiens
3 vox & opinio talem sententiam commendet. Dictat enim naturalis † ratio omnibus pro dignitate tribuendum esse, quem effectum iuri merito adscribimus, *l. 10. ff. de iust. & iur. l. bona fides. ff. depositi.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
At cum æquum sit medium, iustum medium quoddã erit.	ἐπεὶ δὲ τὸ ἴσον μέσον, τὸ δίκαιον μέσον τι ἂν εἴη.	*Quoniam autem æquale medium est; ius quoque medium quoddam erit.*

At cum æquum sit medium] Enthymemate, omissa scilicet assum-
4 tione, docet Aristoteles, ius medium esse † inter ea, quæ excedant, vel deficiant. Propositio est, *æquum est medium*, assumtio, *ius est æquum*, ergo *& medium.* Quod æquum sit medium, apparet ex superioribus, *item, l. 3. §. præses. ff. de muneribus & honoribus, item l. nequicquam, §. obseruare. ff. de offic. proconsl. l. perspiciendum. ff. de pœnis. l. 52. §. arbiter. ff. famil. erciscund. l. 7. §. 10. cum de vsufructu. ff. com. diuid. l. si non fuerint. ff. pro socio, l. de fideicommisso. C. de transact. l. illud. C. de collat. l. fin. C. de commun. diuid. l. pater puellæ. C. de inof. testam.* Quod autem ius sit æquum apparet ex *l. 10. ff. de iust. & iur. item l. bona fides, ff. depositi.*

Trans-

Translatio Argyropili.

Ipsum autem æquum in minimis est duobus. necesse est igitur ipsum iustum, & medium esse & æquum, & ad aliquid & quibusdam. atque quo medium quidem est, hoc aliquorũ est: quæ quidem plus sunt & minus. quo autem æquum est, duobus est: at quo iustum est, quibusdam est.

Textus Græcus.

ἔστι δὲ τὸ ἴσον ἐν ἐλαχίστοις δυοῖν, ἀνάγκη τοίνυν τὸ δίκαιον, μέσον τε καὶ ἴσον, εἶναι καὶ πρός τι, καὶ τισί, καὶ ᾗ μὲν μέσον τινῶν. ταῦτα δ' ἐστὶ πλεῖον ἐστὶ ἔλαττον ᾗ δ' ἴσον ἐστὶ, δυοῖν. ᾗ δὲ δίκαιον, τισίν.

Translatio Zuingeri.

Atque æquale quidem in duobus minimum reperitur. Quare necesse est, ius, quod & medium est, & æquale, & ad aliquid referri, & quibusdam ius esse. Ac qua medium est, aliquorum est, quæ quidem sunt plus & minus: qua æquale, in duobus consistit, qua ius, aliquibus est ius.

Ipsum autem æquum.) Quod æqualitatis nulla possit esse † consideratio, citra relationem, vt scilicet habeatur respectus rei & personæ, vel denique multarum rerum & personarum, ita vt in omni iustitiæ parte, siue distributiuæ, siue commutatiuæ, ad minimum duo debeant ob oculos versari, persona dantis, & persona accipientis, deinde res, quę datur, & quę accipitur, aut caussa dandi, vel accipiendi, vt scilicet, † si personę æquales sint, & caussę respondeant, par quoque distributio, *d. l. illud. C. de collat. l. pater puellæ. C. de inof. testam. §. si plures. Instit. de hered. instit. l. interdum. ff. eod. Nouell. 22. de nupt. §. finali sequetur.* Sin autem erunt dispatres, secundum caussę qualitatem & modum dimensio instituetur, *d. l. Imperatores. ff. de seruitut. rust. præd. & d. §. plures. Instit. de hered. instit. l. rescriptum. ff. de pact.* Ex his recte colligit Aristoteles, ius ita comparatum esse, vt & medium sit, quippe quod inter duo extrema versetur, plus & minus, *l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.* Suoque temperamento rem conuenienti forma restituat, & æquum, *l. bona fides. ff. depositi*, & ad aliquid, vt scilicet collatio personæ, vel caussæ fiat cum re, *l. 1. §. in honorariis. ff. de extraord. cognit. l. 52. sed & si suscepit. §. sed etsi proponas. ff. de iudic.* Considerari enim debet persona dantis & accipientis, *l. 7. filiusfamilias. §. nonnunquã. ff. de donat. item, l. 50. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. item, cap. 18. etsi quæstiones, de simonia.*

(Right margin numbers: 5 beside "Ipsum autem æquum", 6 beside "oculos versari".)

Translatio Argyropili.

Ipsum ergo iustum in minimis quatuor consistat, necesse est, quibus enim est iustum, duo sunt, & res in quibus, & ipsa duæ sunt.

Textus Græcus.

ἀνάγκη ἄρα τὸ δίκαιον ἐν ἐλαχίστοις εἶναι τέτρασιν, οἷς τε γὰρ δίκαιον τυγχάνει ὄν, δύο ἐστί. καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα δύο.

Translatio Zuuingeri.

Necessario igitur ius in quatuor minimum versatur. Nam & quibus, vt sit ius accidit: duo sunt: & in quibus ius ipsum situm est, res duæ.

Ipsum ergo iustum) Docet hoc loco Aristoteles, quod & supra aliqua ratione præceptum est, institiæ caussam ita comparatam, vt in illa accommodanda ad minimum quatuor spectentur, personæ duæ dantis
7 & accipientis, deinde res duæ, quę commutentur, aut rei & caussæ, † propter quam quid conferatur. Dicit, *ad minimum*, quod nihil prohibeat plures esse dantes, aut accipientes, vt cum plures fratres quid conferant, *l. illud. C. de collat.* aut plures debitores, quod debent, soluant, *l. 1. & tot. tit. de duob. reis promit.* accipientes cum dux præmia inter milites distribuit, *l. fin. C. de donat.* aut cum plures rei sunt credendi, *d. l. 1. ff. de duob. reis.* Quod autem res sint duę, apparet in emtione, & venditione, dum inde pretium, hinc fundus, vel quid aliud præstatur in locatione conductione, *l. 1. & tot. tit. ff. locati.* Sed exoritur hoc loco difficultas, quod non
8 omnes contractatus ita se habere videamus, vt hæc quatuor † requirantur, vt in commodato, deposito, in quibus duæ quidem sunt personæ, sed sola vna res, quæ deponitur, vel in contractum deducitur: Sed responderi potest, diuersitatem rerum non semper ex materia, in qua cõtractus versetur, metiendam, sed ex modo contractus, & obligationis, qui hinc in tradendo, inde in custodiendo, & restituendo consistat.

Translatio Argyropili.

Atque eadem est æquitas, quibus atque in quibus. Nam vt sese habent ea in quibus, sic sese habent & illa: si enim

Textus græcus.

καὶ ἡ αὐτὴ ἔσται ἰσότης, οἷς, καὶ ἐν οἷς. ὡς γὰρ ἐκεῖνα ἔχει τὰ ἐν οἷς, οὕτω

Translatio Zuuingeri.

Atque eadem erit æqualitas, & eorum, quibus ius tribuitur, & earum rerum, in quibus ius consistit. Nam

ut

non sunt æqui, non æqua habebunt.

καὶ ἐκεῖνα ἔχει. εἰ γὰρ μὴ ἴσοι, οὐκ ἴσα ἕξουσιν.

vt res illæ, in quibus ius positũ est, se habent, sic & illi, quibus ius tribuitur. Nisi enim sint æquales, non habebunt æqualia.

Atque eadem est æquitas) Ostendit Philosophus æqualitatem nedum in personis, sed etiam in rebus consistere, vt qui æque digni sint, in distributione rerum ęquali re vel portione fruantur. Quo pertinet argumentatio Iustiniani, *l. maximum vitium. C. de liber. & posthum. hered. instit. & §. item vetustas, Instit. eod. tit.* † quod cum masculus & fœmina in 9 procreatione hominum, eodem naturæ fungantur munere, & æque filia inter liberos recenseatur, vt filius, ęqua iuris officia illis accommodanda esse. Huc pertinet, quod heredes instituti ęquales portiones consequantur, si nominatim partes † non sint adscriptę. §. *si quis plures, Instit. de hered. instit.* & idem modus in substitutione intelligatur repetitus, 10 vt in duobus impuberibus vulgaris substitutio contineat pupillarem, *leg. 4. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. substit.* Diuersum tamen sit, si cum pupillo maior natu ad hereditatem vocetur, *leg. 45. Lucius eod. titul.* vt duo socii societatem ex æquis partibus † intelligantur coiisse, *l. de illo,* 11 *l. si non fuerint, l. quintus. ff. pro socio. §. illud. Inst. eod. tit.* vt plures rei promittendi, aut contra stipulandi eadem ratione credantur obstricti, aut sibi quæsisse obligationem, *l. cum te in Gallia, item l. si in rem. C. si certum petatur.*

Translatio Argyropili.

Sed hinc pugnæ nascuntur, & incusationes, atque querelæ, cum æqui non æqua, aut æqua non æqui habent ac potiuntur.

Textus Græcus.

ἀλλ' ἐντεῦθεν αἱ μάχαι, καὶ τὰ ἐγκλήματα, ὅταν ἢ ἴσοι μὴ ἴσα, ἢ μὴ ἴσοι ἴσα ἔχωσι, καὶ νέμωνται.

Translatio Zuuingeri.

Sed hinc prælia, querelæque, & expostulationes, cum aut æquales non æqualia, aut non æquales, æqualia consequuntur atque obtinent.

Sed hinc pugnæ & incusationes) Quod inæqualis dispartitio rixas & contentiones excitet, rerum experientia quemuis erudire potuit, & incommoda, q̃ ex ignobili conniuentia magistratuũ, aut ambitione illorũ oriri solent, de quibus meminit IC. *leg. tertia. § si præses. ff. de muneribus,*

& honor. Non ſolum n. extranei, *l. nec quicquam. §. obſeruare. ff. de offic. proconſ. l. quotiens. ff. de vſufruct.* ſed ēt fratres ipſi indignari ſolēt. *l. cum oportet C. de bonis quæ liberis,* cum ſcilicet æquales, quæ ex æquo reſpondeant, nō conſequuntur, vt in exemplis propoſitis, *l. 1. & 2. C. de præfect. prætorio ſiue vrbi & magiſtr. militum in dign. exſequend.* aut inæquales ad eandem ſortem reuocantur, *l. quotiens. C. de dignitat. l. 1. C. vt dignitat. ordo ſeruetur lib. 12. l. 1. ff. de albo ſcribend. l. 1. C. de offic. vicarii. cap. ſane, de offic. de leg. c. primo, & c. ſoluta. de maioritatib. & obedien. cap. peruenit, & cap. diaconi, & cap. legimus 93.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Id ita eſſe ex eo, quod pro dignitate fit, conſtat.	ἔτι ἐκ τοῦ κατ' ἀξίαν τοῦτο δῆλον.	*Præterea ex eo, quod cuique pro ſua dignitate tribuitur, hoc perſpicuum eſt.*

Id ita eſſe) Exſequitur hoc loco, quomodo res ad illam æqualitatis formam, quam ius deſiderat, exigi † poſſit, id nos conſecuturos, ſi dignitatis rationem habeamus, vt apparet ex definitione iuſtitiæ, ex Cicerone relata, *item l. 6. ſupra. de iuſt. & iur. l. bona fides. ff. depoſiti. d. l. 1. C. vt dignit. ordo ſeruetur, l. fin. C. ad leg. Iul. repetund. cap. cum in cunctis. de electione, cap. licet ergo. 8. q. 1.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Iuſtum enim quod in diſtributionibus eſt, omnes vno ore pro dignitate quadam oportere eſſe dicunt, ipſam tamen dignitatem, non eandem omnes inquiunt eſſe, ſed populares quidem libertatem, pauci vero potentes opulentiam, nonnulli nobilitatem, optimates, vero virtutem.	τὸ γὰρ δίκαιον ἐν ταῖς διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες, κατ' ἀξίαν τινὰ δεῖν εἶναι, τὴν μέντοι ἀξίαν, οὐ τὴν αὐτὴν λέγουσι πάντες ὑπάρχειν, ἀλλ' οἱ μὲν δημοκρατικοὶ ἐλευθερίαν. οἱ δ' ὀλιγαρχικοὶ, οἱ μὲν πλοῦτον οἱ δ' εὐγένειαν. οἱ ἀριστοκρατικοὶ ἀρετήν.	*Nam quod ius in diſtributionibus poſitum eſt, id fatentur omnes, pro cuiuſque dignitate eſſe oportere. Verum dignitatem, non eandem omnes dicunt eſſe: ſed qui forma reſpub. adminiſtrandæ populari vtuntur, libertatem eorū, qui paucorum principatū, alij diuitias, alij nobilitatem generis. ij autem, apud quos reipub. præſunt optimates, virtutes.*

Iuſtum

Iustum quod in distributionibus.) Insinuatur memorabilis quædam differentia, quæ caussam iustitiæ distributiuæ † a cõmutatiua separet atque 14
disterminet, vt in assignatione rerũ communium dignitatis habeatur ratio quod in cõmutatione non æque euenire solet. Etenim si de cado vini, medimno frumenti, centum pondo olei, pari calceorum, & id genus reb. tractetur, quæ per rerum commercia in alios transferri solent, in definiendo pretio, non habebimus rationem personæ aut ornamentorum, quibus excultus sit, sed iusti pretii, *l. 1. ff. de contrah. emt. l. 2. & l. si voluntate. Codic. de rescind. vendit. l. 63. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. l. 33 si seruum. ff. ad leg. Aquil.* vnde nihil mutamus, quamuis emtor non sit mercator, aut eiusdem conditionis, sed Philosophus, nobilis, rusticus, quod sane in distributiua iustitia dici non potest, in qua, vt idem profitetur, habetur ratio dignitatis. Et vt id quidem eodẽ adserente inter omnes con-
ueniat, ita non perinde expeditum est, qua ex re dignitatẽ definire debe- 15
amus, cũ, vt subtexit, qui præferunt popularem reipublicæ administrãdæ formam, dignitatem libertate, qui autem paucorum principatum commendant, diuitiis aut nobilitate, qui optimatum moderationem amplectuntur, virtute illam metiantur. De qua re Aristoteles *in libr. de republica 3. cap. 6. 9. 12. & seq. Item Francis. Picolom. grad. 10. caput. 8.* Omittit autem
hoc loco Aristoteles † Imperatori, Regi & Principibus, propositam in 16
distributione rerum dignitatem. Non disserit deinde, quid obtineat in ea administrandæ reipublicæ forma, quæ quadam mixtura consistat, quod multis modis accidere potest, vt apparet ex illis, quę literarum monumẽ-
tis consignauit Picolomineus *gradu. 10. cap. 9.* Si quis itaq; requirat, vnde 17
leges nostræ dignitatem † ducant, atq; deriuent, quod indistincte respondeam non habebo, virtutis enim merita illis potissimum cordi fuisse intelligimus *ex l. penultim. C. ad leg. Iul. repetund. item cap. cum in cunctis. de elect. item l. si quemquam. C. de episcop. & cler. cap. licet. 8. q. 1.* vbi in electione ad episcopatum vel magistratum potissimum explorare iubemur, quibusq; moribus ille, qui ad tale fastigium, vel munus adspirat, sit prędi-
tus, vt contentione facta potior sit, qui sanctitate, doctrina, & omni
virtute emineat. Exstant † tamen textus, in quibus iubemur habere ra- 18
tionem † suffragiorum, vt cum de confirmatione, de qua *cap. nihil. extr.* 19
de elect. tractatur, superior plerumq; ratam habet electionem, quæ a maiori parte sit instituta, *caput. dudum. 22. cap. Ecclesia 48. cap. congregato 53. de electione* dixi, *plerumq;*, quod id obtineat, si illa pars etiam sanior

sit, *cap. ecclesia 57. & d. cap. dudum* Porro in electione Pontificis duæ partes cardinalium, qui consentiant, requiruntur, *cap licet. de electione, cap. vbi, de elect. in 6.* cum tamen, si controuersia sit de Imperatore, sufficiat, maior pars septemuirorum, *cap. venerabilem. de elect.* Rursum se offerunt leges & canones, qui iubent nos respicere fortunam & splendorem vitę atq; status, *vt cap. statutum, de rescrip. in sext.* quo comprehenditur nō pānosis, & tenuioris fortunæ, sed qui status prærogatiua & luce pręfulgent, caussarum decisiones esse committendas. Idem in honoribus mandandis atq; assignatione munerum statuitur, *l. rescripto. ff. de munerib. & honorib.* Pari ratione animaduertimus esse canones, qui cum singulos singulis dignitatibus, canonicatibus, & beneficiis iubeant esse contentos, *vt capit. referente. cap. de multa. cap. exstirpandæ. extr. de prebend. capit. cum singula. de prebend. in sexto, extrauag. exsecrabilis, de prebend.* tamen hac lege & necessitate soluunt eos, qui natalium & prosapiæ claritate excellant, atque præluceant, *cap. venerabilis. extr. de prebend.* Emergunt deinde casus, in quibus non tam virtutis, nobilitatis, diuitiarum, quam libertatis habetur ratio, vt in suscipiendis & gerendis publicis officiis, *l. in omnibus. ff. de regul.* cum repudiatis seruis liberi soli ad talia officia prouehantur, *dict. leg in omnibus. l. Pedius. ff. de recept. arbitr. l. si arbiter. Codic. de sentent. & interloc. omn. iudic.*

Præterea habetur aliquando ratio, quis prior in occupando sit, vt cum agitur in vindicatione iuris, quod omnibus commune esse statuunt leges, vt sunt aer, aqua profluens, mare, littora maris, §. *& quidem Inst. de rerum diuis.* item in venatione ferarum, §. *feræ.* in vsu, quæ sunt iuris publici, vt flumina, nauigatio, viæ, §. *flumina. eod. titul.* In his enim & similibus sine distinctione ornamentorum, quibus quis alium præstet, omnibus ex æquo tale ius patet: ita, vt vni æque libera sit occupatio, vt alteri. Sunt quæ solis ciuibus pateant, vt fora, suffragia, *vt anthent. de defensoribus cap. 1. §. vniuersitatis. Inst. de rerum diuisione*, vbi illam rem copiose explicamus. Non desunt leges, quæ ætatem, *vt capit. cum in cunctis, de electione,* ordinem, *l. 3. §. præses. ff. de munerib. & honorib. l. 1. ff. de albo scribendo, l. 1. C. vt dignitat. ordo seruetur,* consuetudinem, *d. l. 3. §. præses, l. non tantum, ff. de decurionibus, d. cap cum in cunctis, de elect.* vicinitatem & modū agrorum, *§. insula. Inst. de rerum diuis. l. Imperator. ff. de seruit. rustic. præd.* voluntatem & affectionem, quid de re sua disponentis, *l. si quis argentum. C. de donat. & tot. tit. l. quamdiu. ff. de acq. vel amit. hered. l. potest. ff. de vulg. & pupil.*

pupil.substit.l.1.C.de sacrosanct.eccles.l.omnimodo.C.de inoff.testam. ius sanguinis & necessitudinem in ea caussa constituerunt, vt in hereditatibus: si enim testator quid nominatim statuerit, id seruandum est etiam inter filios, *l.quotiens.l.filii.l.si cogitatione.l.fin.C.famil.ercisc.* si intestatus decesserit, qui propiores sunt sanguine, ceteris praeferuntur, *§.1.& seq.Inst.de heredit.quae ab intest.defer & tit.seq.* Ad eandem caussam pertinent merita cuiusq; praecedentia, vt donatoris, *l.inter.ff.de re iudicat.l.sed etsi.§.consuluit.ff.de petit.hered.* parentis, *l.1.& tot.tit.de obseq.parent praestand.l.nec ei.§.praeterea.ff.de adopt.l.fin.C.de curat.furios.l.cum oportet.C.de bonis quae liber is.§.igitur, Inst.per quas person.acq.Aristoteles infr.lib.8.cap.14.idem lib.1.politicor.cap.12.* domini erga seruos & mancipia, quos cum occidere lege belli possit, seruauit, *§.serui, Inst.de iure person.l.melior.ff.de reg.iur.* Haec † si 20 de distributione bonorum tractetur. Si vero agatur de oneribus, alia dignitatis ratio constituenda erit, vt vel ex comparatione emolumenti definitio fiat oneris, l.1. *§.fin.ff.de aq.pluuia arcend.l.secundum.ff.de reg.iur.* vel possessionum, *l.omnium.C.de aedif.publ.* numeri, aetatis, ordinis, etiam conueniens dispartitio fiat. Quod sane est hominis † intelligentis, 21 legibus & moribus bene exculti, non generalia haec praecepta tenentis. Quibus omnibus, & quae eodem pertinent, subductis, animaduertimus, nullã ex sententiis ab Aristot. relatis securã esse, probabiliorem tamen illã censeri, quae in virtute vim dignitatis, *l.1.§.1.ff.de inst.& iur.* constituit. Componi fortasse, quod inde controuersiae est, possit, si statuamus descriptioné legum nostrarum non tam ad regni, optimatum, populi, imperium, & moderationem stabiliendam pertinere, quam, ꝙ in quaq; administrandae reipublicae forma optimum esset, excerpere & confirmare voluisse, ita, vt pro ratione circumstantiarum, modo virtutis, modo libertatis, modo nobilitatis & diuitiarum, modo aliarum caussarum ratio haberetur: non quod † sola sine virtũtis adminiculo id largiri possint. sed quod 22 non fiat tã exacta comparatio, quis in eo genere excellat, ne, dum his nimium studemus, otium & trãquillitatem reipublicae sollicitemus potius, *cap.vbi, & c.indemnitatib.de elect.in sext.l.36.praeses.ff de munerib.& honorib.* Et haec, si de cõmunium rerum distributione tractetur. Nam si de erogatione illorum, quae iam propria erant, disceptatio sit, hic voluntatem disponentis restringere, nisi ex magna caussa nõ voluerunt, *vt l.2.ff.de his, qui sui, vel alien.iur.sunt.l.prim.ff.de curat.furios.l.1.& tot.titul.ff.de inoffic.testament.l.omni modo.C.eod.* Sed † maluisse eisdem per modũ consilii 23

certum ordinem præscribere, quem tamen ad legis necessitatem minime transtulerunt, *cap. fin. Nouell. de nuptiis, cap. est probanda, cap. consideranda. cap. pulcra. dist. 86.* sed arbitrio disponentis relinquendum existimarunt, & eo cessante demum partes suas accommodarunt.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Iustum ergo rationum quandam comparationem subit.	ἐστὶν ἄρα τὸ δίκαιον ἀνάλογόν τι.	*Ius igitur proportione & comparatione quadam constat.*

Iustum ergo rationum.) Cum neutram opinionem, quas supra † complexus erat, confirmet aut improbet, verborum compendio id, quod multis exposui, potest videri statuisse, quod scilicet iustitiæ partes in considerandis omnibus rationibus pro modo caussarum & circumstantiarum versentur.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Comparationem namque rationum subire, non absoluti numeri solum, sed numerabilis etiam omnino proprium est.	τὸ γὰρ ἀνάλογον οὐ μόνον ἐστὶ μοναδικοῦ ἀριθμοῦ ἴδιον, ἀλλ᾽ ὅλως ἀριθμοῦ.	*Non enim solum eius numeri, quo aliquid numeramus proprium est, proportione constare, sed etiam eius, qui vniuerse & omnino numerus est.*

Comparationem.) Ostendit hoc loco Aristoteles comparationem
25 siue † proportionem non solum verti in numero, vel mensura, quo aliquid arithmetico vel geometrico more, id ab omni materia abstrahentes, subducimus, sed etiam, quatenus concretum, aut cum alio compositum est, in quo analogia beneficio numeri, vel mensuræ formaliter cō-
26 siderati, rationis iudicio obseruetur. Ponamus † enim in distributione prædæ, donatiui, aut congiarii, de quibus *cap. dicat aliquis 23. q. 5. item. l. fin. C. de donat.* vel in assignatione agri ex hoste capti, *vt l. item, si verberatum. ff. de rei vindicat. l. Lucius. ff. de euict.* pediti simplum, equiti duplum deberi ob nauatam in bello operam, si decem erunt pedites & totidem equites, & decem boues, vel aureos pedites consequantur, equites viginti obtinebunt.

Trans-

Translatio Argyropili.

Etenim comparatio rationum, æqualitas est rationum.

Textus græcus.

ἡ γὰρ ἀναλογία, ἰσότης ἐστὶ λόγων.

Translatio Zuuingeri.

Proportio enim rationis est æqualitas.

Etenim comparatio.) Quod propositio siue analogia ex ratione sumenda sit, colligere possumus exempli iam propositi repetitione: debetur enim pediti simplum, equiti duplum † aut triplum, quod eques in se & iumento alendo maiores sumtus sustineat, & in prælio committendo, virtutis maiora edat exempla. Quodsi vero alterius opera præclarior atq; illustrior † fuisset, vt si consilio & egregio conatu exercitum in insidias præcipitatum expedisset, vel primus mœnia hostium conscendisset, longe alia dimensio erit facienda. Id autem est prudentis imperatoris aut ducis, vt prout cuiusq; virtus enituerit, ita etiam congiarii & assignationis rationem moderetur. 27

Translatio Argyropili.

Et in quatuor minimus est, & seiunctam quidem in quatuor esse constat. An non & continua in quatuor est? vno namq; termino vtitur vt duobus, & bis illum sumit hoc pacto, vt a. sese habet ad b. sic, b. sese habet ad c. bis igitur dictum est ipsum b. quare si b. bis positum fuerit, quatuor erunt ea, quæ comparationem subeunt rationum. est autem & ipsum iustum in quatuor minimis, & ratio eadem est.

Textus græcus.

καὶ ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις. ἡ μὲν οὖν διῃρημένη, ὅτι ἐν τέτταρσι, δῆλον. ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής. τῷ γὰρ ἑνὶ ὡς δυσὶ χρῆται, καὶ δὶς λέγει. οἷον ὡς ἡ τοῦ α, πρὸς τὴν τοῦ β. οὕτως καὶ ἡ τοῦ β. πρὸς τὴν τοῦ γ. δὶς οὖν ἡ τοῦ β. εἴρηται. ὥστε ἂν ἡ τοῦ β. τεθῇ δὶς, τέτταρα ἔσται τὰ ἀνάλογα. ἔστι δὲ καὶ τὸ δίκαιον, ἐν τέτταρσιν ἐλαχίστοις, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτός.

Translatio Zuuingeri.

Quæ in quatuor minimum reperitur. Disiunctam igitur proportionem in quatuor consistere, non obscurum est: similiterque continuatam seu continentem. Hæc enim loco duorum vno vtetur, & bis vnum sumet: exempli gratia, quæ proportio est primæ lineæ ad secundam, eadem secundæ ad tertiam. Bis igitur secunda sumta est. Quare si linea secunda bis posita fuerit, quatuor erunt proportione inter se comparata. Est autẽ & ius minimum in quatuor, eademque eius ra-

tio.) Et in quatuor) Quod autem omnis proportio siue disiuncta, siue
29 coniuncta sit † ad minimum in quatuor versetur, inde apparere potest, quod siue disiuncta sit, vt pediti duo iugera, equiti quatuor, aduocato tyroni, pro defensione, pro honorario decem aurei, ingenio & exercitatione longa exculto, viginti inferantur, *l. 1. §. in honorar. ff. de extraord. cognit. l. inter artifices. ff. de solut. l. 1. §. sportulas. C. de offic. praef. Africae, l. si non fuerint. cum leg. seq. ff. pro socio. l. illud. C. de sacrosanct. eccles. § insula. Inst. de rerum diuis. l. inter eos 29. cum leg. seq. l. Attius. 38. l. insula 56. ff. de acq. rer. dom.* siue coniuncta sit, & continua, vt vnus terminus bis sumatur. Vt a. id est, insulae vna pars, quae vicina est huic ripae, & agro meo b. pro modo, qui prope ripam sit accedit, *dict. §. insula, item. l. ergo. 3. §. tribus modis. ff. de acquir. rerum domin.* ita quoque c. id est, alia pars insulae d. scilicet agro Maeuii, qui etiam conterminus est, pro mensura, quae insulae respondeat, adiicitur. Vel alio modo. Qua ratione insulae pars, quae in medio flumine nata est, b. i. e. praedio meo, quod ab hac parte habeo, pro modo latitudinis, & vicinitatis proportione, accedit: eadẽ ratione c alia pars, quae remotior est d. Titii praedio, quod eodem flumine in ripa vlteriori alluitur: secundum eandem dimensionem adiudicari debet, *d. l. inter 29. ff. de acq. rer. dom.* Porro ne eiusdem rei partes sumamus, sed plane diuersa, aliud exemplum cõteximus. Vt a. pedes se habet ad b. equitem, in recipienda remuneratione, vt scil. simplum reportet ille duplum, ita se habet b. eques ad d. ductorem ordinis, vt scilicet hic quadruplo, ille solum duplo potiatur.

Translatio Argyropili.

Sunt enim seiuncta similiter, & quibus & quae. Erit ergo, vt est a terminus ad b. terminum sic c. terminus ad terminum d. Et mutato ergo ordine, vt a sese habet ad c. ita b. sese habebit ad d.

Textus graecus.

διῄρηνται γὰρ ὁμοίως οἷς τε καὶ ἅ. ἔσται ἄρα ὡς ὁ α ὅρος, πρὸς τὸν β. οὕτως ὁ γ. πρὸς τὸν δ. καὶ ἐναλλὰξ ἄρα, ὡς ὁ α πρὸς τὸν γ. ὁ β. πρὸς τὸν δ.

Translatio Zuuingeri.

Disiuncti sunt enim similiter & ii, quibus ius tribuitur, & eae res, quae distribuuntur. Itaque quae erit extremi A. ad extremum B. proportio, eadem extremi C. ad extremum D. Alterna igitur ratione, vt extremum A. ad extremum C. sit B. ad D.

Sunt

Sunt enim seiuncta) Repetit differentiam inter analogiam siue proportionem disiunctam, & illam, quæ coniuncta sit, ostendens duplici modo posse contingere, vt proportionis caussa separetur. Vt enim A se habet ad B. id est, quæ proportio in caussa distributionis est peditis ad equitem, illa est C. centurionis ad D. præfectum alæ, qua ratione enim a simplo acquiescat, necesse est, cum id duplicetur in persona B. eadem ratione D. præfectus alæ duplum vindicare possit eius, quod C. centurioni assignari solet, vt cum centurio quadruplum recipiat, præfectus alæ sibi iure octuplum adscribat. † Deinde secerni hæc ipsa proportio adhuc a- 30
lio modo potest, vt scilicet mutato ordine, ita illam instituamus, quo pacto se habet A. pedes ad C, centurionem, vt hic quadruplo donetur ille simplo, eodem modo se habet B. id est, eques ad D. id est, præfectum, vt hic octuplum, ille vero duplum accipiat.

Potest deinde & aliud exemplum coniunctæ vel separatæ proportionis † constitui. Si archidux intelligatur, qui quatuor ducatus patentes 31
habet. Dux, qui quatuor comitatus ditione complectatur, comes, qui quatuor baronias, baro, qui dynastias, vel dominia, aut arces quatuor. Conuenisse autem vt in commodis & incommodis communibus subeundis certa proportione duplum eius, quod baroni obtingeret, referret comes, & pari prærogatiua facta collatione cum ipso comite, dux, & iterũ cum ipso duce archidux frueretur. Si imperatoris constitutione omnibus ad comitia vocatis, comiti honoris causa permissum fuerit, vt viginti aulicos vel milites, quibus stipatus in ciuitatem inueheretur, adducere possit, & dubitetur de barone, duce, atq; archiduce, quod hominibus septi occurrere ad comitia indicta possint, ipsa proportio omnem quæstionem dirimere videtur, coniuncta, vt se habet comes ad baronem, vt quadruplum honoris & commodi sibi vsurpare possit, ita etiam dux ad comitem vt tanto maiori numero honoris caussa se instruere possit. Disiuncta autẽ hoc modo concipi poterit: Quod probatur in comite, vt quadruplo maiori numero hominum aut equitum se ornare possit, idem etiam seruatur in archiduce, vt tanto cumulatiori numero ad comitia ab Imperatore indicta se conferre possit. Atquin baroni honoris caussa concessum est, vt cum quinque comitibus diem constitutum obseruare possit, comiti vt viginti, ita etiam duci denegandum non erit, quo minus cum quadraginta, & per consequens archiduci cum 80. equitibus ad ipsa comitia occurrere possit.

Mutare deinde ordinem proportionis licebit. Quod iuris est in duce, vt numerum euectionum baroni permissum in quadruplum excedere possit, idem in persona archiducis, comparatione cum comite facta. Huic autem viginti equites adducere licet. Ergo archiduci 80.

Idem obtinebit si ageretur de prædæ, vel agri captiui, quem ex hoste communibus copiis peperissent, diuisione.

Appositum & quod priori, in caussis ecclesiasticis respondeat exemplum, deniq; subministrauerit, moderatio comitum siue equitum, quib.
32 archiepiscopus circũfusus† diœcesin suam visere, & procurationis mun* imperare possit. Statuitur *cap. cum apostolus extr. de censib. & procurat.* archiepiscopis tale officium accommodantes 40. vel 50. episcopos vero 20. vel 30, archidiaconos deniq; & decanos non posse ibidem etiam definitũ euectionum numerũ excedere. Fingamus archiepiscopo 40. episcopo 20. archidiacono decem, decano quinq; equos, quibus circumuehantur, pmissos esse, & ex caussis constitui talem numerum augendum vel minuendum esse, & illud aperte comprehensum esse in vno vel altero, sane idẽ tacite in aliis probandum esset, nisi quid emersisset, quod id dissuaderet, vel mens constituentis plane repugnaret.

Vt autem hæc, quæ ab Aristotele commemorata sunt, ad ius nostrum melius deflectamus, & aliis exemplis illustremus, proponemus exemplũ
33 in domino & seruo † comparatione facta patris cũ filio. Vt se habet. A. dominus ad C. seruum, cum de obligatione tractatur, vt sc. non in solidũ, sed peculio tenus obstringatur, ita se habet B. pater ad D. filium, cum de contractibus ipsius disceptatur, §. *hac qua de seruis. Inst. quod cum eo qui in alien. potest. est. item. §. actiones. Instit. de act. l. 1. & tot. tit. ff. de peculio.* rursum, qua ratione dominus, si quid fieri a seruo mandasset, ipse in solidum actione quod iussu tenetur, *l. 1. ff. quod iussu. §. si igitur. Inst. quod cum eo qui in alien. potest.* ita etiam & pater.

Idem procedit in exercitoria, institoria, & tributoria actione, *§. eadem ratione, §. institoria. §. introduxit, Instit. quod cum illo qui in al. potesta. est, neg. gest. esse dic. & l. 1. & tot. tit. & seq. ff. de exercit.*
34 *act.* His finitimum † est argumentum, quod *l. 2 ff. ad Senatusc. Trebell.* a Celso, item *l. 3.* ab Vlpiano proponitur. Ait Celsus. *d. l. 2. Qui quadringenta reliquit, Titio trecenta legauit: heredis fideicõmisit, vt tibi hereditatẽ restitueret is q; suspectam iussu pratoris adiit, & restituit, quarebatur, quid de legatario dare deberes, dicendũ est, qa psumtum est, voluisse testatorẽ cũ onere legatorum fidei-*

commis-

commissum restitui, tota trecenta te dare Titio debere, nam heres hoc rogatur, intelligi debet, vt te suo loco constituat, & quod heres perfunctus omnibus hereditariis muneribus.(id est, post legatorum dationem) reliquũ habiturus foret, si non esset rogatus, & ibi restitueret hereditatem: id tibi restituat, quantum ergo haberet. Nempe centum, hac vt tibi daret, rogatus est. itaque si in eunda est legis Falcidiæ ratio, quasi heres trecenta Titio dare damnatus, tibi centum dare damnatus sit. quo euenit, vt, si hereditatem sua sponte adisset, daret Titio ducenta viginti quinque, tibi septuaginta quinque: non ergo plus Titio debetur, quam si iniussu prætoris edita hereditas foret.

Sequitur Vlpiani in eadem, vel simili quæstione disputatio, in hęc verba.

Marcellus autem apud Iulianum in hac specie ita scribit, si ad heredis onus esse testator legata dixerit, & heres sponte adit hereditatem: ita debere computationem Falcidiæ iniri, ac si quadringenta per fideicommissum essent relicta, trecenta vero legata: vt in septem partes trecenta diuidantur; & ferat quatuor partes fideicommissarius, tres partes legatarius. Quod si suspecta dicta sit hereditas, & non sponte heres adiit & restituit: centum quidem de quadringentis, quæ habiturus esset, resident apud fideicommissarium, in reliquis autem trecentis eadem distributio fiet; vt ex his quatuor partes habeat fideicommissarius, reliquas tres legatarius. Nam iniquissimum est plus ferre legatarium ideo; quia suscepta dicta est hereditas, quam laturus esset, si sponte adita fuisset.

Vt se habent A heres, fideicommissarius vniuersalis, & legatarii erga C. in distribuendis hereditatis partibus, ita se habent etiam B. id est, fideicommissarius in locum heredis, in solidum ex recusatione alterius succedens, & legatarii respectu, D. id est, bonorum omnium ipsi restitutorum, vt scilicet tanquam heres quartam partem detrahat, deinde vt fideicommissarius ex trecentis quartam portionem, id est, septuaginta quinque deducat, reliqua legatariis soluat, nisi nominatim a testatore cautum esset, vt tam fideicommissum, quam legata ad heredis onus pertineret, tunc enim centum, vt heres recipit & ex reliquis partibus quatuor, secundum definitionem IC.

Eodem referri potest elegans hypothesis, *l. 13. si ita scriptum. ff. de liberis & post. hered. instit.* in hæc verba.

Si ita scriptum sit. † Si filius mihi natus fuerit, ex besse heres esto: ex reliqua parte vxor mea heres esto. Si vera filia mihi nata fuerit ex triente heres esto,

ex reliqua parte vxor heres esto, & filius & filia nati essent, dicendum est assem distribuendum esse in septem partes, vt ex his filius quatnor, vxor duas, filia vnam partem habeat, ita enim secundum voluntatem testantis filius altero tanto amplius habebit, quam vxor.

Item vxor altero tanto amplius, quam filia, licet enim subtili iuris regula conueniebat, ruptum fieri testamentum: attamen quam ex vtroque nato testa-
36 *tor voluerit vxorem aliquid habere, ideo ad huiusmodi sententiam humanitate suggerente decursum est. Quod etiam Iuuentio Celso apertissime placuit.*

Item, leg. 81. Clemens. † ff. de hered. instit. quæ ita concepta est: Clemens patronus testamento cauerat, vt si sibi filius natus fuisset, heres esset. si duo filii ex æquis partibus heredes essent: si duæ filiæ similiter: si filius & filia, filio duas partes, filiæ tertiam dederat: duobus filiis & filia natis: quærebatur, quemadmodum in proposita specie partes faciemus, cum filij debeant pares esse; vel etiam singuli duplo plus, quam soror accipere, quinque igitur partes fieri oportet, vt ex his binas masculi, vnam fœmina accipiat. Si ita scripserit testator. Quanta ex parte me a Titio heredem institutum recitassem, ex ea parte Sempronius mihi heres esto, non est captatoria institutio, plane nullo recitato testamento ab ipso testatore, inanis videbitur institutio, remota suspicione captatoria institutionis.

Vt se habent A. id est, filius in assignatione hereditatis ad C. filiam, ita se habent B. id est, duo filii ad C. vnam filiam, vt ex hereditate patris, filii bessem, id est, octo vncias vel duas partes totius hereditatis, scilicet duo millia aureorum, si tota tribus millibus aureorum constaret, filiæ trientem, id est, quatuor vncias, vel mille florenas, vindicent.

Non aliena ab hoc ipso tractatu est dispositio, *l. 47. si ita scriptum. §. 2. ff. de hered.* † *instit.* qui in hæc verba conscriptus est. In testamento ita
37 scriptum est, Lucius Titius ex duabus vnciis, *Gaius Attius ex parte vna, Meuius ex parte vna. Seius ex partibus duabus heredes mihi sunto, consulebatur, quid iuris esset, respondit hanc scripturam, illam interpretationem accipere posse, vt Lucius Titius duas vncias habeat: ceteri autem quasi sine partibus instituti, ex reliquo dextante heredes sint, quem dextantem ita diuidi oportet. Vt Seius quincuncem; Attius & Meuius alterum quincuncem habeant.*

Vt enim se habet A. id est, tota hereditas erga C. heredes in institutione hoc modo, sine designatione quotæ facta, *l. quotiens 9. §. heredes. ff. de hered. instit. §. 6. plures. Instit. eod. tit.* Ita etiam se habet B. hereditas,

quæ

quæ decem vnciis solum continetur in D. id est, pari institutione, quę sine commemoratione quotæ fiat.

Non intempestiua deinde obseruatio † & Affricani Iurisconsulti, 38
leg. 88. qui quadringenta. ff. ad leg. Falcid. quum etiã subiicio, *Qui quadringenta habebat, trecenta legauit, deinde fundum tibi dignum centum aureis, sub hac conditione legauit, si legi Falcidiæ in testamento suo locus non esset, quæritur quid iuris est, dixi τῶν ἀπόρων, id est, ex perplexis hanc quæstionem esse, qui tractatus apud dialecticos τοῦ ψευδομένου, id est, frustratorii cauillatoriique, dicitur. Etenim quidquid constituerimus verum esse, falsum reperietur, namque si legatum tibi datum valere dicamus: legi Falcidiæ locus erit, ideoque deficiente conditione, non debebitur, rursus si, quia conditio deficiat, legatum valiturum non sit: legi Falcidiæ locus non erit, porro si legi locus non sit exsistente conditione, legatum tibi debebitur, cum autem voluntatem testatoris eam fuisse appareat, vt propter tuum legatum ceterorum legata minui nollet, magis est, vt statuere debeamus, tui legati conditionem defecisse. Quid ergo dicemus, si ducenta legauit, & tibi similiter sub eadem conditione ducenta legata esse proponantur? nam aut exstitisse, aut defecisse legati tui conditionem, vt aut totum, aut nihil tibi debeatur; & iniquum & contra voluntatem testatoris existimabitur. Rursus partem deberi rationi non congruit, quando necesse est, totius legati conditionem, vel exstitisse, vel defecisse, ergo per exceptionem doli mali tota ea res temperanda erit.*

Legis enim positio per regulam proportionis ad conuenientem formam redigi debet. Vt se habet A heres in distributione hereditatis, cum illa multis oneribus exhausta est, & B. legatarii, ita etiam se habet ad fideicommissarium, cui ducenta relicta sunt, si legi Falcidiæ locus non fuisset, vt scilicet, si tota hereditas erogata legatis, & ex aliis caussis sit, nihil debeatur, sin minus tota ducenta, sin autem pro parte, habeatur ratio proportionis, per quam opposita exceptione doli mali ea res temperetur.

Affinis his, quæ explicata sunt, est dispositio eiusdem Affricani, *d. l. 88. §. fin. ff. ad leg. Falcid.* quē & ipsum adscribimus. *Qui ducenta in bonis relinquebat, legauit mihi centum, præsenti die, tibi æque centum sub conditione, post aliquantum temporis exstitit conditio. Ita tamen vt ex reditu eius summæ, quæ tibi relicta est, non amplius quam viginti quinque reciperet, legis Falcidiæ ratio ita habenda erit heredi, vt viginti quinq; conferre ei debeamus, & amplius fructus quinquaginta medii tẽporis, q(verbi gratia)efficient quinq;*

cum igitur triginta sint conferenda: quidam putant quina dena ab vtroque nostrum conferenda esse, quod minime verum est. licet enim eandem quantitatem acceperimus: manifestum tamen est, aliquando vberius esse meum legatum, quare statuendum erit, tanto minus in tuo legato esse, quantum ex fructibus eius heres perceperit. Secundum quod in proposita specie computationem ita iniri oportet, vt ex septem partibus ego quatuor, tu tres conferamus, quoniam quidem quarta pars amplius in meo, quam in tuo legato est.

Cum itaque triginta † sint conferenda, & vterque centum consequatur, tu tamen tardius, scilicet postquam viginti quinque, quæ est quarta pars legati, ex suo legato heres percepisset, ideo perinde habetur, atq; si tu quarta parte minus esses consecutus, vt ego quatuor partes, id est, 17. & vnum septimũ, tu autem tres, id est, duodecim, & sex septimas inferre cogamur, vt pro emolumenti proportione etiam fiat collatio.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Quare & totum ad totum, quod quidem distributio ipsa coniungit. Et si ita compositum fuerit, iuste coniungit.	ὥστε καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον. ὅπερ ἡ νομὴ συνδυάζει. κἂν οὕτως συντεθῇ δικαίως συνδυάζει.	*Ergo & totum cum toto comparabitur: idque distributio copulat: & vero si ita inter se componantur, iuste copulat.*

Quare & totum ad totum.) Hæc verba geminam interpretationẽ admittere possunt, vt qua proportione pars † cum parte recte componitur, & comparatur, ita totum cum toto, quod ex illis partibus conflatur,
39 & contra, *& l. 7. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. l. 27. si vnus. §. pactus ne peteret, item, l. quæ de tota. ff. de rei vindicat.* & in exemplis a nobis propositis. Alter intellectus est, vt tum demum iusta sit proportio, quando idonea æstimatione interposita meriti, & remunerationis, vel operæ & mercedis illa personæ, & rei quæ recte respondeat, fit collatio.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Coniunctio igitur a termini cum c. & b. cum d. iu-	κατα τῷ α ὅρου τῶν γ καὶ ἡ τοῦ β τῷ	*Extremi igitur A. cum extremo C. & extremi B. cum*

ſtum, eſt id, quod ad diſtributionem accommodatur, & eſt medium eius, quod comparationem rationum non ſubit. Quod enim ſubit ipſam, medium eſt: iuſtum autem ſubit.

ἡ σύζευξις, τὸ ἐν διανομῇ δίκαιόν ἐστι, καὶ μέσον τὸ δίκαιον τοῦ ἀδίκου, τουτέστι τοῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον. τὸ γὰρ ἀνάλογον μέσον, τὸ δὲ δίκαιον ἀνάλογον.

cum extremo D. coniugatio, ius illud eſt, quod in diſtributione conſiſtit, & ius eſt iniuriæ medium, id eſt, eius rei, quæ a proportione remota, atque auerſa eſt. Nam quod proportione conſtat, medium eſt ius autem proportione conſtat.

(Coniunctio igitur) Oſtendit hoc loco, quod ipſa coniugatio extremi A. ad C. item B. ad D. ſit illud ius, quod in diſtributione conſiſtat, quod recta † vtriuſque applicatio ſit iniuriæ, atque eius rei, quę a proportione abhorreat, vel remota ſit medium. Si enim concedat tenere comparationem domini cum patre, & ſerui cum filiofamilias. Sequetur quoque in quęſtione de peculio, quod iuſſu exercitoria, inſtitoria idem eſſe. 14

Translatio Argyropili.

Talem autem rationum comparationem, mathematici geometricam vocant. In geometria namque fit, vt & totum ad totum perinde ſeſe habeat, atque ad vtrumque ſeſe habet vtrumque.

Textus græcus.

καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν, γεωμετρικὴν, οἱ μαθηματικοί. ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον, ὅπερ ἑκάτερον πρὸς ἑκάτερον.

Translatio Zuuingeri.

Appellant porro mathematici, talem proportionem, Geometricam. In geometrica enim proportione euenit, vt quomodo vtrumque, cum vtroque, ſic totum cum toto cōfeſe paretur.

Talem autem rationum) Hic edocemur illam proportionem, de qua hactenus † ſermo inſtitutus eſt, eſſe geometricam. In qua vt in Geometria totum cum toto perinde ſe habet, atque ſi conferatur vtrumq; cum vtroque. 42

Vtrumque cum vtroque confertur, dum pater comparatur cum domino, filius cum ſeruo, idque per argumentum a ſimili vel pari, quod vterque cum eo, quem habeat in poteſtate, & filius cum ſeruo, ex eadem ratione componitur, quod imperium hic domini, ille patris agnoſcat,

totum ad totius caussam exigitur, cum duo illa argumenta a simili deducta, per modum proportionis ad conuenientem iuris formam reuocantur. Quod obtinet in persona domini, vt ex contractu serui peculio tenus conueniri possit, idem in persona patris repudiandum non est, vt ad eundem modum teneatur, *d.§.quæ de seruis. Instit. quod cum eo, qui in al. potest est neg. gest. esse dic.*

Huc pertinet, quod quemadmodum per stipulationem serui domino acquiritur, ita etiam per stipulationem filii patri, *l.45.ff.de verb. oblig.* Huc referri possunt alia exempla, † quę passim in iure occurrunt. Quę statuta sunt in persona præfecti vrbi, si de ciuibus tractetur,
43 eadem etiam procedunt in persona magistri militum, si de militibus quęstio sit, quod vtriusque eadem caussa esse censeatur, *leg.1. C.de præfect. præt. & vrbi, & magist. milit. in dig. exæq.* Vt igitur ille ciues delinquentes coercere potest, *leg.1.ff.de offic. præfect. vrb.* ita etiam & milites, magister militum, *l.magisteria. C.de iurisd. omn. iud.* Eodem pertinet & alia proportio a personis & rebus secularibus, ad personas & res ecclesiasticas. Quod iuris in prouincia seculari erga subditos habet proconsul, idem iuris sibi vindicat legatus pontificis in diœcesi sibi commissa, proconsul autem habet merum & mixtum imperium, & iurisdictionem, *vt l.solet.§.fin. cum leg. seq. ff. de offic. procons.* Idem etiam habet legatus pontificis, *c.1. & cap. nouit. de offic. legat.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Non est autem continua, hæc comparatio rationum, non enim fit terminus vnus numero, cui & quod.	ἔστι δ' οὐ συνεχὴς αὕτη ἡ ἀναλογία. οὐ γὰρ γίνεται εἷς ἀριθμῷ ὅρος, ᾧ καὶ ὅ.	*Non est autem continens hæc proportio. Non enim fit extremum vnum numero is, cui tribuitur, & res, quæ tribuitur.*

44. *Non est autem continua*) Hanc proportionem non esse continentem inde colligimus, † quod non vnus terminus bis sumatur, & intra illos fines argumentatio subsistat, vt in proportione arithmetica, quanti res valet, tantum pretium inferri debet, *l.si quos. C. de rescind. vend. item l.pretia.ff.ad leg. Falcid.* mille florenis res valet, aut digna est, ergo pretium mille florenorum solui debet. In geometrica proportione fit comparatio plurium terminorum, & argumentum a simili, aut pari procedit,

dit, atque illud demum cum alio comparatum, in proportionis caussam deducitur.

Translatio Argyropili.

Iustum igitur hoc in comparatione rationum consistit. Iniustum autem, id est, quod a comparatione rationum exorbitat: fit igitur aliud plus, aliud minus.

Textus Græcus.

τὸ μὲν οὖν δίκαιον τοῦτο, ἀνάλογον, τὸ δ' ἄδικον, τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον, γίνεται ἄρα, τὸ μὲν πλέον, τὸ δ' ἔλαττον.

Translatio Zuuingeri.

Ex his igitur satis intelligitur, hoc ius proportione constare, iniuriam autem a proportione alienam, atque auersam esse. Quo fit vt alterum sit plus, alterum minus.

Iustum igitur) Differentia inter ius & iniuriam proponitur, quod 45
illud vi sua omnia ad æqualitatem † reuocet, *vt l.1.§.1 ff. de iust. & iur.* hoc vero minuendo, vel excedenno peccet, contrariorũ enim contrarii effectus sunt & officia, *l. nihil tam naturale. 35. l. fere & l. omnia. ff. de reg. iur.*

Translatio Argyropili.

Quod quidem & in ipsis operibus accidit, in bonis enim qui iniuriam facit, plus habet, qui iniuriam patitur, minus.

Textus Græcus.

ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων συμβαίνει. ὁ μὲν γὰρ ἀδικῶν, πλεῖον ἔχει. ὁ δ' ἀδικούμενος, ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ.

Translatio Zuuingeri.

Quod quidem etiam in factis reperitur. Nam is, qui iniuriam facit, plus boni sibi sumsit, ac vindicauit, quam oportet ei, qui afficitur iniuria, minus boni obtigit.

Quod quidem in ipsis operibus) Hanc inæqualitatem in ipsis factis consistere, atque relucere, docet in bonorum distributione, dum, qui iniuriam facit, plus habet, qui iniuriam patitur, minus, *leg. qui grauatos, C. de censit. & censitor.* Inde ẽt, vt res congruenti formæ restituatur, † æstimatione iniuriæ acceptæ læso succurritur, *§. pœna. Inst. de iniuriis, l. item apud Labeonem 15. § prætor ait, l.1 7. Sed si vnius. § ait prætor. l.18. eum qui. § si nupta* 46
l. constitutionibus. § fin. ff. de iniuriis.

Translatio Argyropili.

In malis autem contra.

Textus græcus.

ἐπὶ δὲ τοῦ κακοῦ ἀνάπαλιν.

Translatio Zuuingeri.

Contra fit in malo.

In malis autem contra) Si tractetur de oneribus, quæ ferenda sint, vt † censu, indictione, tributis, annona, vectigalibus, aliisque functionibus, & præstationibus ex æquo, & habita ratione facultatum est facienda descriptio, *l. forma. ff. de censib. l. qui grauatos. C. de censib. & censit. lib. 11. l. omnes. C. de operibus pub. l. 3. §. præses. ff. de munerib. & honorib.* qui igitur se subtrahit his oneribus, atque illa in alium deriuat, merito iniustus censeri debet, vt asserit hoc loco Aristoteles, & declarant. *d. l. 3. § præses, item l. qui grauatos*, & aliæ a nobis commemoratæ.

Translatio Argyropili.

Boni namque rationem subit minus malum, ad maius malum: minus autem malum magis, quam maius, est expetibile. At quod expetitur bonum est: & quod magis, maius. Hæc est igitur vna species iusti.

Textus græcus.

ἐν ἀγαθοῦ γὰρ λόγῳ γίνεται τὸ ἔλαττον κακὸν, πρὸς τὸ μεῖζον κακόν, ἐστι γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν μᾶλλον αἱρετὸν τοῦ μείζονος, τὸ δ' αἱρετὸν ἀγαθόν. καὶ τὸ μᾶλλον μεῖζον. τὸ μὲν οὖν ἓν εἶδος τοῦ δικαίου τοῦτ' ἐστι.

Translatio Zuuingeri.

Boni enim rationem obtinet leuius malum, si cum grauiore malo comparetur. Nam leuius malum, optabilius grauiore est. At quod optabile & expetendum est, id bonum est, & quo quidque optabilius est, eo maius bonum est. Atque hoc sane iuris, vnum genus est.

Boni namque) Hic occurrit Aristoteles tacitæ obiectioni, quod cum comparatio debeat esse inter illa, † quæ sunt eiusdem naturæ. *l. vbi autem non apparet. ff. de verb. oblig.* & inde vitiosa videntur. *Petrus melior diabolo est.* Ergo *Diabolus bonus est*, ita etiam hæc ipsa argumentatio periclitari intelligatur, *Minus malum melius est grauiori malo, ergo bonum.* Hunc scrupulum enim ita submouet. *Leuius malum optabilius est infestiori malo.* At, *quod expetitur bonum est, & quo magis id sit tanto præstantius censetur.* Ego in hanc Aristotelis collectionem & responsionem in præsentia superciliosius non inquiram. Ceterum quod crudior censeri possit, quam vt omniũ stomachi illam concoquere queant, idcirco

idcirco statuo adsertionem † ipsius ex duplici consideratione in tuto collocari posse, vt si intelligamus de incommodis collationis & onerum susceptione, vt nos digessimus, tunc veram illam esse fateamur, sin autem de illis, quæ natura mala sunt, de quibus distinctione 13. *cap. 1. & 2. item l. quotiens. ff. de reg. iur.* auxilium mutuandum esse censeam ab illis Philosophi verbis, quod, talem electionem leuioris mali, rationem boni subire pronuntiet. Pro coronide admonendi hoc loco videmur, non videri Aristotelem in explicatione huius capitis, semper inter terminos ab ipso secundo capite propositos, quod iustitia distributiua verfetur in dispartitione rerum, quas diuidi inter illos oportet, qui eiusdem reipublicæ communione coniuncti sunt, constitisse: nam dum de malorum separatione, vt quod minimum est præferamus, loquitur, non potest videri de bonorum communium distributione loqui.

CAP. IV. SECVNDVM ARGYropilum.

De iustitia commutatiua.

SVMMARIA.

1. *In quibus casibus locum habeat iustitia commutatiua.*
2. *In commutatione locum habere proportionem arithmeticam, neq; dignitatem & conditionem personæ spectari.*
3. *Declaratio Aristotelis dum ait, in distributiua iustitia tantum quem consequi, quantum in medium contulerit.*
4. *An de alienis eleemosyna dari possit.*
5. *Prædoni rem commodatam, locatam, vi ablatam, esse restituendam.*
6. *Pretia rerum non ex affectione, vel vtilitate singulorum, sed communiter constituuntur.*
7. *An in æstimatione damni affectionis habeatur ratio.*
8. *Quomodo ratione iniuriarum satisfieri debeat.*
9. *Difficultas non mediocris, an in hac parte etiam habeatur ratio dignitatis & conditionis personarum, cum exemplorum propositione.*
10. *Distinctio auctoris in proposita difficultate.*
11. *Circumstantiæ aliud atq; aliud genus criminis constituunt.*
12. *Eandem potestatem habent in criminibus tollendis aut mitigandis.*

13. *Pronuntiatum Aristotelis regulæ vicem, non vero propositionis vniuersalis, obtinere.*
14. *In magna vocabulorum inopia ab his, quæ cognatam significationem habẽt, sæpe cogimur auxilium mutuari.*
15. *Quæ sint iuris officia in rerum commutatione.*
16. *Nemo in propria caussa iudex esse debet, & quare.*
17. *Principem atq; iudices esse leges animatas.*
18. *Iudex tanquam medius in omni caussa partes suas accommodare debet.*
19. *Iudex est instar iusti mensoris, si caussa diuidendi æqualis sit.*
20. *Si res diuidenda in æquas partes separari non poterit, quale iudicis officium sit in iure, cuiusq; personæ exæquando.*
21. *Quare contractus emtionis & venditionis semel perfectus temere rescindi non debeat.*
22. *An pretia rerum secundum reditum fundi duntaxat excuti debeant.*
23. *Quare prædia vrbana, quæ minorum essent, antiquitus vendi potuerint.*
24. *Si pretium arbitrio venditoris vel locatoris committatur idem esse, atq; si arbitrio boni viri commissum esset.*
25. *In mutuo res eiusdem bonitatis debent restitui, etiamsi illud nominatim cautum non sit.*
26. *Si ex caussa societatis sex iugera æqualiter sint diuidenda, & vnus plus consecutus sit, quomodo res ad æqualitatem redigi debeat.*
27. *Quid obtineat si quatuor iugera sint in aruis, alia quatuor in vineis, & non æqualis sit æstimatio.*
28. *Officium iudicis in proposita quæstione.*
29. *In commutatione rerum non habetur ratio numeri, si res inæquales sint, sed æstimationis.*
30. *Sublatis commerciis & iusta rerum proportione, societatem humani generis tolli necesse est.*
31. *Lucri verbum non proprie ad delicta referri posse.*
32. *An in emtione & venditione semper æqualitas seruanda sit.*
33. *Leges permittere, vt contrahentes se mutuo decipere possint.*
34. *Inuestigata ratio, cur legislatores ad hoc ipsum conniueant.*
35. *In curanda republica, non quod singulis, sed quod omnibus, aut pluribus prosit, spectari.*

36. Ex

36. *Ex duobus malis, quod minus est, eligi.*
37. *Decepto per dolum, vel vltra dimidium iusti pretii, per leges subueniri.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Restat autem id iniustum, quod fit in emendandis commerciis, tam iis, quæ sua sponte faciunt homines, quam iis, quæ inuitis ipsis efficiuntur.	τὸ δὲ λοιπὸν, ἕν τὸ διορθωτικὸν, ὃ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι καὶ τοῖς ἑκουσίοις, καὶ τοῖς ἀκουσίοις.	*Reliquum autem alterum est id, quod ad corrigendum, & emendandum valet, versaturque in rebus & sponte & inuite contractis.*

Restat autem id iniustum.) Absoluto tractatu vnius, non intempestiue se accingit ad expositionē reliquæ partis, quę vim suam exserit in emēdatione labis & inæqualitatis, quæ locum vendicare solet † in contracti- 1
bus & delictis, quæ cum offensione & iniuria aliena sunt coniuncta, *l. si quos C. de rescind. vend. & l. 2. l. si voluntate Cod. eod. tit. l. 7. hac venditio. ff. de contrah. emt. l. 25. si merces. l. in lege. ff. locati. l. 22. §. generaliter. ff. de regul. iuris.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Hoc autem etiam habet speciem a priore. Iustum enim distributiuum communium in dicta semper comparatione rationum consistit. nam si e pecuniis publicis distributio fiat, eadem fuerit ratione, quam habent inter sese ea, quæ in rempublicam sunt collata, & iniustum, quod huic opponitur, id est, quod a comparatione rationum exorbitat. Iustum autē quod est in	τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον, ἄλλο εἶδος ἔχει τοῦ προτέρου. τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν, αἰεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐστὶ τὴν εἰρημένην. καὶ γὰρ ἀπὸ χρημάτων κοινῶν, ἐὰν γίγνηται ἡ διανομὴ, ἔσαι κατὰ τὸν λόγον τὸν αὐτὸν, ὅνπερ ἔχουσι πρὸς ἄλληλα, τὰ εἰσενεχθέντα. καὶ τὸ	*Huius autem iuris forma alia est a priore ius. Ius enim, quod in distribuendis rebus communib. vertitur, semper ea, quam dixi, proportione constat. Nam si pecuniæ communis distributio fiat, eadem ratione vtendum erit, quam habent inter se res eæ, quæ ab vnoquoque in medium allatæ sunt: eaque iniuria, quæ huic iuri opponitur, a proportione remota, atque auersa est. Ius autem*

commerciis, est quidem æquũ quoddam & iniustum, iniquum. Sed non illa comparatione rationum, sed arithmetica, nihil enim refert, si probus prauo detraxerit, aut prauus probo. neq; si adulterium probus, aut prauus commiserit, sed ad differentiam nocumenti lex respicit tãtum, & vtitur vt æqualibus, si hic iniuriam facit, ille patitur, & si hic nocuit, ille est læsus. Quare iniustum hoc cum sit iniquum, index æquare conatur.

ἄδικον τὸ ἀντικείμενον τῷ δικαίῳ τούτῳ, παρὰ τὸ ἀνάλογόν ἐστι: τὸ δ' ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον, ἐστὶ μὲν ἴσον τι καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐκείνην, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν. οὐθὲν γὰρ διαφέρει, εἰ ἐπιεικὴς φαῦλον ἀπεστέρησεν, ἢ φαῦλος ἐπιεικῆ. οὐδ' εἰ ἐμοίχευσεν ἐπιεικὴς, ἢ φαῦλος. ἀλλὰ πρὸς τοῦ βλάβους τὴν διαφορὰν μόνον βλέπει ὁ νόμος, καὶ χρῆται ὡς ἴσοις, εἰ ὁ μὲν ἀδικεῖ, ὁ δὲ ἀδικεῖται, καὶ εἰ ὁ μὲν ἔβλαψεν, ὁ δὲ βέβλαπται. ὥστε τὸ ἄδικον τοῦτο, ἄνισον ὂν ἰσάζειν πειρᾶται ὁ δικαστής.

quod in contractibus versatur, est illud quidem æquale quiddam: & iniuria, inæquale: verum non illa proportione, sed arithmetica. Nihil enim refert, vtrum vir bonus malum hominem fraudarit, an malus homo virum bonum: neque vtrum vir bonus, an malus homo adulterium fecerit, sed damni tantũ differentiam intuetur lex, iisq; vtitur tanquam æqualibus, faciatne hic iniuriam, ille iniuria afficiatur, & an hic damnum intulerit, ille acceperit. Itaque hanc iniuriam, quæ inæqualitas est, iudex exæquare conatur.

Hoc autem habet speciem.) Demonstrat, quid differentiæ interluceat inter distributiuam & commutatiuam iustitiam, quod scilicet cum iustum distributiuum in conuenienti rerum communium diuisione versetur, quæ tantum præstet, & respondeat cum his, quæ in rempublicam sunt collata, ius autem, quod in contractibus consistat, esse quidem æqui-
2 tati, vel æqualitati consentaneum, sed † non illa proportione, sed arithmetica. Nullam enim hic haberi rationem personarũ, quod nihil intersit,

an pro-

an probus, improbus, pauper, diues, priuatus, dignitate pręditus, quid alteri cuiuscunq; conditionis detraxerit, quod damni solius differentiam lex intueatur, iisq; vtatur tanquam æqualibus, faciatne hic iniuriam, ille iniuria afficiatur, & an hic damnum intulerit, ille acceperit, ita, vt iudex illam iniuriam, quæ inæqualitas sit, exæquare conetur. Subit præsenti in loco illa consideratio, quid caussæ sit, quod cum superiori in capite Aristoteles distributiuam † iustitiam secundum personæ dignitatem fieri 3
constituat, hic quod ab illo propositum est, subuertere videatur, cum profiteatur in distributiua iustitia tantum quem referre & consequi, quantum in medium contulerit. Huius nodi facilis erit explicatio, si statuamus id, quod conferendum est, non in pecuniis solum versari, sed in meritis, vt si virtutis ornamentis alios excellat, etiam maiori honore & aliis commodis donetur & augeatur. Quod autem commutatiua iustitia in proportione arithmetica consistat, in qua de conditione personæ non laboremus, constat *ex capit. forte. 14. quæst. 5.* in hæc verba: *Forte aliquis hoc secum cogitat, & dicit multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi, non habebo peccatum, si suum illis abstulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni † agunt, mercedem habere potero, si ego eleemosynas* 4
dedero. Etiam in hac reparcat vnusquisque anima sua, quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur: Nam etiamsi totum tribuat pauperibus, quod abstulerit: addit potius peccata quam minuat.

Accedunt *cap. neq; & cap. deniq; ead. quæstion.*

Huc pertinet, quod etiam prædoni † rem commodatam, lo- 5
catam, vi ablatam esse restituendam leges deprædicant, *l. decima quinta. commodare, item, l. sequent. ff. commodat. l. si quis conductionis. C. locati. capit. in literis, de rest. spol. l. 4. §. si dominus. ff. de vsucap. leg. cum fundum. ff. de vi & vi armat. l. si quis in tantum, Codic. vnde vi, capit. porro, de diuort. l. si maritus. Codic. de donat. inter vir. & vxor. l si quis emtionis. §. penultim. Codic. de præscript. 30. vel 40. l. si fundum. Cod. de vi publ. & priuat.* Conueniunt illa, quæ in hanc rem scripta sunt, *l. 63. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid.* 6
quæ ita se habet: *Pretia rerum † non ex affectu nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur. Nec enim, qui filium naturalem possidet, tanto locupletior est, quod eum si alius possideret, plurimo redemturus fuisset. Sed nec ille, qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eum patri vendere potest, nec exspectandum est dum vendat. Sed in præsentia, non qua filius alicuius, sed qua homo æstimatur. Eadem caussa est eius serui, qui noxam*

nocuit. nec enim delinquendo quisque pretiosior fit. Sed nec heredem post mortem testatoris institutum seruum tanto pluris esse, quo pluris venire potest, Pedius scribit: est enim absurdum ipsum me heredem institutum, non esse locupletiorem, antequam adeam: si autem seruus heres institutus sit, statim me locupletiorem effectum, cum multis caussis accidere possit, ne iussu nostro adeat. Adquirit nobis certe, cum adierit. Esse autem præposterum ante nos locupletes dici, quam adquisierimus, item l. 33. si seruum ff. ad leg. Aquil. cuius quoq; verba subiicio. Si seruum meum occidisti, non affectiones æstimandas esse puto, (veluti si filium tuum naturalem quis occiderit, quem tu magno emtum velles) sed quanti omnibus valeret. Sextus quoq; Pedius ait, pretia rerum non ex affectione nec vtilitate singulorum, sed communiter fungi. Itaq; eum, qui filium naturalem possidet, non eo locupletiorem esse, quod eum plurimo si alius possideret, redemturus fuit, nec illum, qui filium alienum possideat, tantum habere, quanti eum patri vendere posset, in lege enim Aquilia damnum consequimur, & amisisse dicemur, quod aut consequi potuimus, aut erogare cogimur.

His respondent, *l. 3. ad leg. Falcid. l. 92. si fundum. ff. de leg.* 1. *l. si quos. C. de rescind. vend. l. 71. §. cum alicui. ff. de legat. 1. l. 1. §. & alias. ff. si in frau-*
6 *dem † patroni*. in hæc verba: *Et alias videamus: Si dicat patronus, rem quidem iusto pretio venisse, veruntamen hoc interesse sua, non esse venundatam, inq; hoc esse fraudem, quod venierit possessio, in quam habet patronus affectionem, vel opportunitatis, vel vicinitatis, vel cœli, vel quod illic educatus sit, vel parentis sepulti, an debeat audiri volens reuocare: sed nullo pacto erit audiendus, fraus enim in damno accipitur pecuniario.*

Commendat eandem sententiam *l. vnica. C. de sententiis, quæ pro eo, quod interest profer*, quam & ipsam, quod præsentem inspectionem non parum illustret, subiicio. *Cum pro eo, quod interest, dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint, melius nobis visum est, huiusmodi prolixitatem, prout possibile est, in angustum coartare. Sancimus itaq; in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, veluti in venditionibus, & locationibus, & omnibus contractibus, hoc quod interest, dupli quantitatem minime excedere. In aliis autem casibus, qui incerti esse videntur, iudices, qui caussas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, vt hoc, quod reuera inducitur damnum, hoc reddatur, & non ex quibusdam machinationibus, & immodicis peruersionibus in circuitus inextricabiles redigatur, ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat, cum sciamus esse naturæ congruum, eas*

tantum-

tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel a legibus certo fine conclusæ statuuntur. Et hoc non solum in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio, quia & ex eo veteres id, quod interest, statuerunt, & sit in omnibus, secundum quod dictum est, finis antiquæ prolixitatis, huius constitutionis recitatio.

Translatio Argyropili.

Nam cum hic quidem percussus est, aut occisus, ille vero percussit, aut occidit: passio atque actio diuisa est in partes non æquas, sed ad æquilitatem auferendo lucrum, correspectu damni, redigere nititur iudex.

Textus græcus.

καὶ γὰρ ὅταν ὁ μὲν πληγῇ, ὁ δὲ πατάξῃ, ἢ καὶ κτείνῃ, ὁ δ' ἀποθάνῃ, διῄρηται τὸ πάθος καὶ ἡ πρᾶξις εἰς ἄνισα, ἀλλὰ πειρᾶται τῇ ζημίᾳ ἰσάζειν ἀφαιρῶν τοῦ κέρδους.

Translatio Zuuingeri.

Nam cum hic percussus fuerit, ille percusserit, aut etiam occiderit, hic autem mortuus sit, perpessio & actio in partes inæquales diuisa est, sed damno & mulcta conatur iudex exæquare, de lucro detrahens.

Nam cum hic percussus.) Quæ in contractibus obtinent, eadem in delictis procedere coarguunt, *l. 33. si seruum. ff. ad leg. Aquil. item. §. pœna. Inst. de iniur. qui ita conceptus est. Pœna autem iniuriarum ex lege † 12. tabul. propter membrum quidem ruptum, talio erat, propter os vero fractum, numariæ pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Sed postea prætores permittebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam æstimare, vt iudex, vel tanti reum condemnet, quanti iniuriam passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit.* 7

Idem probatur *l. 1. §. & qui hominem. ff. ad leg. Corn. de sicariis.* cuius hæc est forma: *qui hominem occidit, punitur, non habita differentia, cuius conditionis hominem occiderit.*

Sed hæc traditio Aristotel. ad nostras leges ad hunc modum reuocata, nonnihil offendiculi ex certis considerationibus † contrahere videtur. 8 Certum enim est illum, qui nedum principē occidit, sed Senatorem, qui circa latera illius versetur, grauiori pœna plecti, quam si in alium, id ausus fuisset, quippe, q̃ crimen læsæ maiestatis contrahat, & illa vindictæ acerbitate coercetur, quæ l. *quisquis C. ad l. Iuliam maiestat.* cōprehensa est. Neminem deinde fugit, grauiori supplicio in illum animaduerti, qui parentis fata maturauerit, quam si extraneum sustulerit, *vt leg. fin.*

ff. ad l. Pompeiam, de parricidiis. Aliam deinde esse iniuriæ æstimationem,
si quis parentem, patronum, vel magistratum percusserit, quam si idem
in extranei persona commissum esset, *l. prætor. §. fin. cum leg. seq. ff. de in-
iur.* Præterea illum anathemate multari, qui violentas manus in clericum
intulerit, *cap. si quis suadente* 17. *q.* 4. cum longe aliter in reliquis perso-
nis res comparata sit. His finitima sunt *c. felicis, de pœnis, in 6. l. Pedius. ff.
de incend. ruin. naufr. l. aut. facta. ff. de pœnis. l. decurionem. Codic. eod. titul.
item l. decurionem, eodem. l. fin. ff. vbi senat. vel clariss. l. prim. §. pœna. ff. ad
leg. Cornel. de falsis. l. 3. §. penultim. ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. 6. sacrilegii. ff.
ad leg. Iul. pecul. & de sacril. & resid.* In quibus omnibus personæ quali-
tas, vel inferentis, vel iniuriam accipientis, inspicitur. Pro adserenda
10 sententia Aristotelis, puto † nonnihil auxilii mutuandum esse a definiti-
one *l. aut facta. §. 1. ff. de pœnis.* quod circumstantiæ rerum, quæ a caussis,
personis, loco, tempore, qualitate, quantitate, euentu, sumuntur, aut
aliud crimen constituant, aut illud augeant, vel contra tollant vel miti-
11 gent. Migrant † in aliud criminis nomen & caussam, cædes in persona
principis, aut Senatoris perpetrata, vt læsæ maiestatis consilium susce-
pisse, & facto implesse intelligatur, item factum ipsius, qui paterno aut
materno sanguine, vel qui illa cognatione deuincti sunt, de qua *in l. 1. ff.
ad legem Pompeiam, de parricidiis*, manus imbuerit: Nam is non homi-
cidii simplicis, sed parricidii labe se consceleraſſe dicitur. Qui sacerdoti
impias manus infert, is sacrilegii crimine se obstringit, *l. si quis in hoc ge-
nus sacrilegii. C. de Episcop. & cler.*

12 Eędem circumstantiæ † tollunt atq; submouent criminis caussam
in correctione paterna, item magistri. Si enim hic discipulum, ille filium
verberet, iniuriarũ actione, vt extranei, conueniri non possunt, *dict. l. 16.
aut facta. §. 1. 2. & 3.* molliunt vero delicti atrocitatem, si fortasse parens,
patronus, magister, ius domesticæ emendationis excedant, *vt l. 7. præ-
tor. §. præterea. l. 11. non solum. §. quenquam. ff. de iniuriis. l. sed & si quemcunq;
§. fin. ff. ad leg. Aquil.* nonnunquam præclara facinora ab illo edita, vel
spectatæ (cum bestiis obiiceretur) vires, aut insigne artificium, impetrãt,
vt pœnæ interpretatione leniãtur, *l. 31. ad bestias. ff. de pœnis.* Idẽ ẽt consequi
solet conditio personæ, quod scil. honestior sit, vt in exemplis a nobis ad-
ductis. Quod si quis vrgeat, pœnę mitigationẽ nihil de criminis qualitate
detrahere, aut caussam molliendæ pœnæ nõ posse adscribi criminis qua-
13 litati, q illud leuius sit, sed personę, cuius cõtemplatione † de vsitata pœna
detra-

detrahatur, non magnopere luctabor, sed constituam pronuntiatum Aristotelis regulariter procedere, & exceptionem ex personarum circumstantiis admittere.

Secundum notissimum iuris nostri responsum, generi per speciem derogari, & id potissimum esse, quod ad speciem directum sit, *l.80.in toto.ff.de reg.iur.l.sanctio.ff.de pœnis,l.vxorem.§.felicissimo.ff.de leg.3.lex.coheredi.§.qui discretas.ff.de vulg.& sup.subst.*

Translatio Argyropili.	Textus Græcus.	Translatio Zuuingeri.
Dicuntur enim hæc in tabulis, absolute dicendo: atque quanquam hæc nomina quibusdam accommodat non esse videntur, vt ei qui percussit lucrum: & ei qui passus est damnum, cum tamen mensurata fuerit passio, hoc damnum, illud lucrum, vocatur.	λέγεται γὰρ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, κἂν εἰ μή τισιν οἰκεῖον ὄνομα εἴη τὸ κέρδος, οἷον τῷ πατάξαντι, καὶ ἡ ζημία τῷ παθόντι. ἀλλ' ὅταν γε μετρηθῇ τὸ πάθος καλεῖται, τὸ μὲν ζημία, τὸ δὲ κέρδος.	*Nam (vt semel & simpliciter dicam) in talibus etiam, si quibusdam nomen non conueniat, lucrum appellatur, verbi gratia, in eo qui percusserit: in eo qui percussus fuerit, damnum. Sed cum perpessionem mensus fuerit Iudex, hoc damnum, illud lucrum nominatur.*

Dicuntur autem) Hoc loco occupat Aristoteles, quod a quibusdam moueri poterat, qui dum rem ad verba deflectunt, negarent lucri appellationem, tam late patere, vt illa, quæ ab Aristotele adscripta sunt, complectatur.

Ostendit enim in multa vocabulorum, quibus singula proprie designentur, inopia, eo necessitatis nos compelli, vt a verbis quę cognatam significationem haberent,† nonnihil præsidii doctrinæ vberioris 14
ergo arcessamus, vt demonstrat etiam, *lib.2.cap.7.* quod & ipsum faciendum esse docemur, *arg.l.1.ff de præscript.verb.leg.fin. C.de donat.propter nuptias.l.vnica.C.de rei vxor.act.§.fuerat.Inst.de act.§.appellamus eod.tit.l.1.§.tigni.ff.de tigno iuncto,* commendant hanc eandem traditionem, *leg.33.si sei uum.ff. ad leg.Aquil.item l.1.C.de sentent.quæ pro eo quod interest.pro-*

fer. ex quarum comparatione constat, pronuntiatione damni et lucrū contineri. Nihil igitur prohibet id versa vice fieri.

Translatio Argyropili.

Quare æquum quidem inter plus & minus medium est. Lucrum autem atque damnum plus sunt & minus, contrario modo, plus boni, & minus mali lucrum: contrarium autem damnum, quorum medium est ipsum æquū: quod quidem dicimus esse iustum. Quare iustum emendatiuum, medium est inter damnum & lucrum.

Textus Græcus.

ὥστε τὸ μὲν, πλεῖονος καὶ τοῦ ἐλάττονος τὸ ἴσον μέσον, τὸ δὲ κέρδος καὶ ἡ ζημία, τὸ μὲν πλέον, τὸ δ' ἔλαττον, ἐναντίως. τὸ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ πλέον, τοῦ κακοῦ δὲ ἔλαττον κέρδος. τὸ δ' ἐναντίον, ζημία. ὧν ἦν μέσον τὸ ἴσον, ὃ λέγομεν εἶναι δίκαιον. ὥστε τὸ μὲν ἐπανορθωτικὸν δίκαιον ἂν εἴη, τὸ μέσον ζημίας καὶ κέρδους.

Translatio Zuuingeri.

Itaque eorum quidem, quæ sunt plus & minus æquale est medium. Lucrum autem & damnum illud quidem plus est, hoc autem minus contrarie: boni plus & minus mali, lucrum, contrariū damnum: quorum medium, esse æquale modo demonstrabimus, id quod ius esse dicimus. Erit igitur id ius, quod ad corrigendum & emendandum valet, damni & lucri medium.

Quare æquum inter plus) Iuris officium in eo verti videmus, vt quod quis plus boni, quam par est, † reportarit, vel minus mali, vel e contrario, si minus lucri, vel plus damni, quam conuenit, sentiat, id ad æquitatis formam reuocetur, *l. 76. societatem. §. arbitrorum ff. pro socio. §. illud. Inst. de societat. §. pœna. Inst. de iniuriis, l. 17. §. ait prætor. ff. eod. tit. l. qui grauatos. C. de censitor. & censit.*

Translatio Argyropili.

Quapropter & cum controuersiā habent, ad iudicē ipsum confugiunt. Ire autē ad iudicem, est ire ad ipsum iustum.

Textus græcus.

διὸ καὶ ὅταν ἀμφισβητῶσιν, ἐπὶ τὸν δικαστὴν καταφεύγουσι. τὸ δ' ἐπὶ τὸν δικαστὴν ἰέναι, ἰέναι ἐστὶν ἐπὶ τὸ δίκαιον.

Translatio Zuuingeri.

Itaque & cum aliqua de re inter se ambigunt ad iudicem confugiunt. Adire autem ad iudicem, adire autem ad ius est.

Qua-

Quapropter) Quod in † omni controuersia sit confugiendum ad 16
iudicem, etiam leges nostræ edocent, *l. exstat. ff. de eo quod metus. l. creditores. ff. de vi priuata, l. ait prætor, §. fin. ff. de re iudicat, l. si quis in tantum, §. vnde vi,* vt scilicet ingenio & auctoritate sua omnia ad æqualitatis formam redigat. *l. obseruandum. ff. de offic. præsid. d. l. 76. societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio, l. 1. ff. si quis cantion. iud. sist. caus. fact. non obtemp. l. 137. continuus. ff. cum ita. §. de verb. oblig. l. 17. sed si vnius. ff. de iniuriis. §. ait præt.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Iudex enim vt iustum est animatum suapte natura.	ὁ γὰρ δικαστὴς βούλεται εἶναι οἷον δίκαιον ἔμψυχον.	*Nihil enim videtur aliud esse iudex, quam ius animatum.*

Iudex enim vt iustum) Quod iudex animati iuris partes sustineat, inde conuincere licet, quod princeps dicatur † lex animata, *nouel. 12. de incest. & nefar. nupt. item. §. fin. nouel. 105. de consulibus*, & iudex principis 17
personam iudicando sustineat, *c. sane & cap. cum olim, extr. de offic. deleg. l. continet, ff. de eo quod metus.*

Translatio Argyropili.	Textus Græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et quærunt iudicem medium. Et vocant nonnulli mediatorem, vt ipsum iustum assecuturi, si medium iustum consequantur. Medium ergo quoddam est ipsum iustum, siquidem & iudex medium est, iudex autem ad æqualitatem redigit.	καὶ ζητοῦσι δικαστὴν μέσον, καὶ καλοῦσιν ἔνιοι μεσιδίους, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τευξόμενοι. μέσον ἄρα τι τὸ δίκαιον. εἴπερ καὶ ὁ δικαστής. ὁ δὲ δικαστὴς ἐπανισοῖ.	*Quæruntque iudicē mediū: & vocat eos nonnulli μεσιδίους, id est, medium diuidenteis, seu medium adiudicanteis, proinde quasi facile futurum sit, vt ius suum obtineant, si medium consequantur, ius ergo medium quiddam est, siquidem iudex etiam medius est. Ac iudex quidem exæquat.*

Et quærunt iudicem medium) Quod in omni cognitione iudex inter vtramque personam tanquā medius accommodare † æqualitatis partes debeat apparet, *ex l. 1. ff. si quis cantion. c. ex parte extr. de foro comp.* declarat deniq; elegans textus, *l. vbi. C. ad leg. Cornel. de falsis*, quod sit iudicis, tan- 18
quam medii inter vtrāq; personam, nulla inter locutione diuulgare, quid sentiat,

ſed poſtrema ſententia quid ſibi liqueat, aperire atque complecti, non enim, *vt ait diuus Auguſtinus*, declinare , neque in hanc , neque in alteram partem, 14.*q*. 5. non ſane, ſed quod formæ iuris & æquitatis conueniant, ſtatuere, *l. rem non nouam. C. de iudiciis*, debet.

Translatio Argyropili.	Textus Græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et perinde atque ſi linea in duas inæquales partes diuiſa, id, quod maior pars dimidium excedit, abſtulerit, minorique addiderit parti, cum etiam totum diuiſum fuerit in duas partes inæquales, tum ſuum aiunt habere, cum æquum acceperint.	καὶ ὥσπερ γραμμῆς εἰς ἄνισα τετμημένης, ᾧ τὸ μεῖζον τμῆμα, τῆς ἡμισείας ὑπερέχει, τοῦτ᾽ ἀφεῖλε καὶ τῷ ἐλάττονι τμήματι προσέθηκεν. ὅταν δὲ δίχα διαιρεθῇ τὸ ὅλον, τότε φασὶν ἔχειν τὸ αὐτοῦ ὅταν λάβωσι τὸ ἴσον.	*Et veluti linea in duas partes inæquales ſecta, quo maior pars dimidiam ſuperat, hoc de illa detrahit, & ad partem minorem addit. Toto autem in duas partes æquales diuiſo, tum ſe ſuum dicunt obtinere, cum partes æquales abſtulerint.*

Et perinde ac ſi linea) Contineri officium Iudicis, vt ad modum iu-
13 ſti menſoris, qui rem dimenſam in iuſtas partes † diuidere debeat, *l. 1. & tot. tit. ff. ſi menſor falſum modum renunt. l. inter eos ff. de acquir. rerum domin.* æquales partes conſtituat, ſi cauſſa diuidãdi æqualis ſit, *d. l. inter eos*, vt quod plus ſit in vno, id alteri applicet, *l. Maeuius. in fine. ff. famil. erciſcund.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Æquum autem medium eſt, inter maius & minus, in arithmetica comparatione rationum. Nam ſi ſint duo æqualia, & ablatam ab altero quantamuis partẽ addideris	τὸ δ᾽ ἴσον μέσον ἐστὶ τοῦ μείζονος, καὶ ἐλάττονος, κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ὀνο-	*Eſt autem æquale medium rei maioris & minoris, proportione aritmethica, propterque hanc adeo cauſſam ius a græcis* δίκαιον *appellatur, quia* δίχα ἐστὶν, *id eſt, alteri*

alteri, talibus duabus excedit partibus alterum, si enim ablata fuisset & non addita vna parte sola excederet.

μάζεται δίκαιον, ὅτι δίχα ἐστὶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις εἴποι δίχαιον, καὶ ὁ δικαστὴς, διχαστής. ἐπὰν γὰρ δύο ἴσων ἀφαιρεθῇ, ἀπὸ θατέρου πρὸς θάτερον δὲ προστεθῇ δυσὶ, τούτοις ὑπερέχει τὸ ἕτερον. εἰ γὰρ ἀφῃρέθη μὲν· μὴ προσετέθη δὲ, ἑνὶ γ' ἂν μόνον ὑπερεῖχε.

in duo æqualia diuisum est, proinde ac si quis dixerit διχαιον, & διχαστὴς, nominatus est, quasi διχαστὴς, quæ vox eum significaret, qui rem in duas partes æquales secat. Nam si, cum duæ res sint æquales, id quod ab vna fuerit detractum, addatur alteri: his duobus hæc illam separabit. Si enim detractum quidem vni rei fuisset, non autem etiam alteri additum, vno duntaxat altera alteram superaret.

Æquum est medium, &c.] Cum iudex proportione Arithmetica, rem omnem ad æqualitatem redigere debeat, idcirco cogitur, ita rem moderari, vt si quid amplius, quis habeat, quam alter, qui eodem iure nitatur, vt vel re ipsa, id est, regionibus facere possit, ita omnem contentionem dirimat, *l. 7. communi. §. 10. cum de vsufructu. ff. commun. diuid.* vel si cuius † pars iusta æstimatione præponderet, illum alteri ad sarciẽdum, quod 20
eidem desit condemnet, *l. 52. Meuius. §. arbiter. ff. famil. erciscund.* His respondent, *l. si non fuerint. l. mutuis. l. societatem. §. arbitrorum ff. pro socio.* Insigne præsentis rei specimen exhibere potest, contractus emtionis & venditionis, cuius, si *(vt Imperator. l. 8. C. de rescind. vend. ait)* substantiam quis cogitet, & quod emtor viliori comparandi, venditor cariori distrahendi votum gerentes, ita vt vix post multas contentiones. paulatim venditore de eo, quod petierat, detrahente, emtore autem huic, quod obtulerat addente, tandem certum pretium statuitur. Idque propter † 21
talem deliberationem & subsequentem vtrimq; consensum iustum esse creditur, vt temere contractus, qui perfectus est, rescindi nequeat, *l. ratas eod. tit.* Quod si vero quis vltra dimidium iusti pretii, vel venditor, vel emtor deceptus esset, eo casu iudex partes suas accommodare solet, vt vel sublato contractu singulis sua restituantur, *l. 2. & d. l. 8. C. de rescind. vendition.* vel iustum pretium suppleatur, *cap. 3. cum dilectus, extra. de emt.*

& vend. adhibitis in eo genere versatis & peritis, *l. hac edictali. in fin. C. de*
22 *secund. nupt. l. 1. §. cum dicitur. ff. si cui plus quam per l. Falcid.* qui non so-
lum secundum † reditum fundi pretium excutiant, *vt l. 92. si fundum ff. de*
legat. 1. l. 60. cum in plures. ff. locati, sed & rei qualitate considerata, *l. si quos C.*
de rescind. vend. §. emphyteusin, vers. si vero alicuius ecclesiast. prædii, Nouell. de
non alienand. reb. eccles. iustum pretium definiant. Diuersa enim ratio est
in pensione vel reditu inferendo ex prædiis rusticis: diuersa deniq; ex præ-
23 diis vrbanis, q̃ consideratio caussam præbuit. vt pdia vrbana, † q̃ erant mi-
norũ, vendi potuerint, rustica vero nequierint, *l. 1. & tot. tit. C. præd. min. non*
vend. Nõ aliena ab hac obseruatione est definitio, *l. hac vẽd. 7. ff. de contrah.*
24 *emt. ite l. 24. si in lege. l. in personã. ff. de reg. iur. §. generaliter,* q si pretii, † con-
stitutio arbitrio venditoris vel locatoris committatur, boni viri arbitriũ
insertum intelligatur, vt scilicet subducta rei vera æstimatione iustum
pretium definiat, *l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer.* Com-
mendat pronuntiatum, in cuius enarratione versamur, *l. si duorum. ff. de*
action. emti. & vendit. quod si de certa vinearum, arui pascuorum,
mensura, quid venditor pronuntiarit, & minus sit in aruis, plus in vineis,
vel contra, vt instituta arui & vinearum iusta æstimatione, pensationi sit
locus, & si pars aliqua excedat, illa detrahatur. Idem quoque procedit
25 in † contractu mutui, vt si vinum, oleum, frumentum, pecuniæ mutuo
sint datæ, res in eadem quantitate & bonitate restituatur, *l. cum quid ff.*
de reb. cred. si cert. pet. l. Paulus respondit, ff. de solution. aut si id non fiat, iu-
dici ex forma actionis incumbet, vt id facere recusantem cogat, vel veram,
vini, olei, frumenti æstimationem explicare compellat, *l. 22. vinum, ff. de*
reb. cred. si cert. pet.

Translatio Argyropili.

Excedit ergo medium vna, & ipsum medium excedit id, a quo est ablatio facta, vna. Hoc ergo cognoscemus & quidnam auferendum ab eo sit, qui plus habet, & quid addendum sit, ei, qui minus

Textus græcus.

τοῦ μέσου ἄρα ἑνί, καὶ τὸ μέσον τὸ ἀφ' οὗ ἀφῃρέθη, ἑνί. τούτῳ ἄρα γνωριοῦμεν, τί τε ἀφελεῖν δεῖ ἀπὸ τοῦ πλέον ἔχοντος, καὶ τί προσθεῖναι τῷ ἔ-

Translatio Zuuingeri.

Medium igitur ea res, cui accessit aliquid, vno superat, & media eam, cui quippiam detractum est, vno. Ex hoc itaq; cognoscemus & quid ei, qui plus habet detrahendum sit, & quid ei, qui minus habet

habet. Id enim quo medium excedit, addendum est ei, qui minus habet. id autem auferendum a maximo est, quo exceditur medium. Sint aquales lineæ tres, a b, c d, e f, atque ab a b, pars auferatur, a g, & addatur ipsi lineæ, e f, sitq; illa h c, quare tota linea, h c f, excedit g h, lineā parte, h e, & parte, e k. Excedit ergo mediam, c d, lineam, h e, parte.

λαττον ἔχοντι. ὃ μὲν γὰρ τὸ μέσον ὑπερέχει, τοῦτο προσθεῖναι δεῖ τῷ ἔλαττον ἔχοντι· ὃ δ' ὑπερέχεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ μεγίστου. ἴσαι αἱ ἐφ' ὧν αα, ββ, γγ, ἀλλήλαις. ἀπὸ τῆς αα, ἀφῃρήσθω τὸ αε, καὶ προσκείσθω, τῇ γγ, τὸ ἐφ' ὧν γδ. ὥστε ὅλη ἡ δγγ, τῆς αε, ὑπερέχει τῷ γδ, καὶ τῷ γζ, τῆς ἄρα ββ, τῷ γδ.

habet addendum. Nam quo res media minorem superat, id ei, qui minus habet, addendum est: quo media superatur, id maxime detrahendum. Sint tres lineæ, AA, BB, CC, inter se æquales. Lineæ AA, detracta sit pars, AE, adjdaturque ad lineam CC, sitq; ea pars, CD, ita tota linea, DCC, lineam EA, superabit linea CD, & linea, CF. Ergo & lineam BD, linea, CD.

α	ε	α
β		β
γ	ζ	γ δ

A	E	A
B		B
C	F	C D

Excedit ergo medium, &c.] Ponamus ex caussa societatis, vel alterius conuentionis, quid æqualiter esse diuidendum, & tractari de sex iugerum, † eiusdem bonitatis inter duos partitione, & primo duo iugera assignari, sane media & iusta assignatio, quæ in diuisione æquali trium iugerum consistit, excedit portionem, quæ in priorem collata est vno iugero, & quia idem etiam alteri adiicitur, portio secundi vltra medii mensuram etiam vno iugero se exserit, & si collatio fiat, cum parte, quam primo est consecutus duobus: Aut, fingamus quatuor iugera esse in † aruis, alia quatuor in vineis, duo autem iugera vinearum eo pretii assurgere, quo quatuor iugera arui. Primo, quatuor iugera arui obtingere, secundo, totidem vinearum. Si diuisionem ad congruentem proportionem, quis reuocare vellet, vni duo iugera vinearum, & duo arui, & totidem alteri; vel denique vni quatuor arui iugera, cum vno vinearum iugero, erant assignanda, quod factum non est. Qui vineas sortitus est, is in diuisione potiorem conditionem sentit in duobus iugeribus vno, quod medium, id est, idoneam & conuenientem æstimationem arui assignati, tria iugera vinearum, vno excedant, altero, quod quartum vinearum iugerum, quod primo ex

(margin: 26 beside "iugerum"; 27 beside "in † aruis")

PP 2

iusta distributione debebatur, secundo applicetur. Et quia Aristoteles
28 hic rem digerit per tres lineas æquales. quæ postea ad inæqualitatem † redigantur, nos quoque ab illo propositum schema sequemur,& caussa facilioris doctrinæ statuemus, inter duos agi de sex iugerum, quæ eiusdem sint æstimationis, diuisione. Sit igitur a a heres primus, c c heres secundus, b b sex iugera in duas personas æquales diuisa: detrahatur igitur de mensura ipsius, A A, id est, primi heredis, A e, id est, iugerum vnum, & cedat ipsi, cc, id est, secundo, & appelletur tale incrementum, c d. ita tota linea, d c c, id est, portio secundi heredis excedet, e a, nimirum, primi heredis, portionem: linea, c d, id est, incremento iugeri, quod alteri detractum est, & c f, scilicet accessione alterius iugeri, Consectarium itaq; erit lineam, bb, videlicet tria iugera, & iustam diui sionem vel medium superet, linea, c d: hoc est, ipsa portio, secundi heredis ex caussa incrementi accepti. Vt igitur res ad æqualitatem reduci possit, detracta portio, quæ excedit, alteri a iudice applicari debet.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Est autem hoc & in ceteris artibus.	ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν τοῦτο.	*Hoc autem inest etiam in alijs artibus.*

29 *Est autem hoc & in ceteris, &c.*] Quæ de duobus sociis sunt dicta, † eadem transferri ad artifices, res inter se commutantes, possunt, vt calceos cum chirothecis, si calcei maioris vel minoris veneant, pecuniæ enim æstimatio, quod inde difficultatis exsistere possit, submouere solet, *l.1.ff. de contrah. emt.l.1.ff. de permut. l. naturalis.ff. de præscript. verb.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Etenim e medio tollerentur, nisi agens ageret, & quantum & quale, & patiens pateretur, hoc & tantum & tale.	ἀνῃροῦντο γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν, καὶ ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο, καὶ τοσοῦτο.	*Tollerentur enim & concideret, nisi quantum & quale id, quod efficiendi vim habet, efficit, tantundem & tale perpeteretur id, quo patitur.*

Etenim e medio tollerentur, &c.] Hæc verba per se satis obscura sunt, viden-

videntur tamen, præ se ferre, quod cum supra de compensatione iniuriæ arbitrio iudicis instituendæ, *§. pœna. Inst. de iniur.* item & aliarum rerum, quæ inæquales cum essent, ministerio pecuniæ ad æqualitatem redigi debent, *d. l. prima. ff. de contrah. emt.* dictum sit, illa æqualitas iniri non recte possit, nisi in caussa iniuriarum, quantum contumeliæ intulisset, iuste patiendo excoqueret. Item, vt in commutatione rerum inæqualium, vt argenti cum auro, pondus argenti grauius suppleat, quod in auro excellebat, *leg. vnica, titul. final. C. libro decimo.* item si tabula picta cum statuis, vel libri cum vestimentis, vel aliæ res inæquales in commercia deducendæ sint, *dicta lege prima. ff. de contrahend. emt.* Nisi enim hæc æqualitas conseruetur, † necesse esse omnia huiusmodi commercia disturbari, *l. ratas, Cod. de rescind. vendition. leg. secunda. & l. voluntate C. de rescind. vendit.* 30

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Nomina autem hæc (damnum inquam & lucrum) ex iis contractibus, quos sponte sua faciunt homines, tracta sunt.	ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἥ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος, ἐκ τῆς ἑκουσίου ἀλλαγῆς.	*Nata autem & translata sunt hæc nomina damnum & lucrum, ab eo contractu, qui sponte initur.*

Nomina autem hæc, &c.] Cum proprietati verborum, quantum fieri potest, studendum sit, *l. 4. ff. de legat. l. fin. C. de donat. propter. nupt. l. Labeo, ff. de suppellect. leg. l. quod constitutum. ff. de testam. milit. l. si alii. ff. de vsufruct. legat. cap. ex literis. de sponsal b.* non † intempestiue Aristoteles 31 hoc loco admonet; non idem in contractibus, qui voluntate instituantur, & illis obligationibus, quæ ex delicto vel quasi nascantur, accidere, ibidem enim verbum lucri & damni, ex quadam necessitate improprie vsurpari, hic autem proprie, quod scilicet subiecta materia illud concederet.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Qui enim emendo, vendendo, ceteraque agendo, qua	τὸ μὲν γὰρ πλεῖον ἔχειν ἢ τὰ ἑαυτοῦ κερ-	*Nam plus suo obtinere, lucrum facere appellatur:*

lege concessa sunt plus habent quam suum, ii lucrari, qui minus, quam in principio, ii damnum pati dicuntur. Sed qui neq; plus, neq; minus habent, sed sua per se ipsa sunt facta: ii se sua inquiunt habere, & neq; damnum pati, nec lucrari. Quare iustum medium est, inter lucrum quoddam & damnum, (quod fit inuitis hominib.) æquale inquam & prius, & posterius habendo.

δαίνειν λέγεται· τὸ δ' ἔλαττον τῶν ἐξ ἀρχῆς ζημιοῦσθαι, οἷον ἐν τῷ πωλεῖν καὶ ὠνεῖσθαι, καὶ ἐν ὅσοις ἄλλοις ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος. ὅταν δὲ μήτε πλέον μήτ' ἔλαττον, ἀλλὰ αὐτὰ δι' αὐτῶν γένηται τὰ αὑτῶν φασὶν ἔχειν, καὶ οὔτε ζημιοῦσθαι οὔτε κερδαίνειν, ὥστε κέρδους τινὸς καὶ ζημίας μέσον τὸ δίκαιόν ἐστι τῶν παρὰ τὸ ἑκούσιον, τῷ ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον.

minus autem, quam quod initio suppetebat, habere, damno affici: vt fit in reb. vendendis & emendis, aliisque contractibus in quibus per legem licet, impune suis rationibus consulere, lucrumq; facere. Vbi vero neq; plus, neq; minus habent, sed paria paribus respondent, tunc se sua dicunt habere, & neque damnum accepisse neq; quicquã lucri fecisse. Itaque lucri cuiusdam & damni, quæ nõ sponte, sed præter voluntatem obuenerint, medium ius est: vt tantundem vterq; eorum, qui contrahunt, habeat posterius, quantum prius habuit.

Qui enim emendo, &c.] Cum nedum in iustitia distributiua, sed etiam commutatiua æqualitas probetur, *vt supra intelleximus*, hic Aristoteles quandam declarationem insinuare videtur, vt scilicet in emtione &
32 venditione, illa definitio non semper procedat; Si enim † pretium illatum rei in æstimatione respondeat, *l. 1. ff. de contrah. emt.* non est, quod emtor aut venditor conquerantur, cum singuli suum recepisse intelligantur. Sin autem venditor plus vel minus retulerit, hic lucrum vel da-
33 mnum, vt e diuerso emtor, sensisse dicuntur. Quod cum lex teste Aristotele, † permittat vt constat, *l. in caussæ. 17. §. Pomponius, ff. de minorib. in integ. rest.* & aliæ leges, quas infra subiicimus, quæ tamen semper æquitatem ob oculos habere debeat, *vt cap. 1. & 2. huius libri. l. semper ff. de reg. iur. l. bona fides. ff. depositi, l. placuit, C. de iudiciis,* hæc parum inter se cohærere videntur. Verba autem §. de quo mentionem fecimus, sequuntur. *In pretio emtionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire*

uenire, item l. item, si in pretio 22. §. fin. quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter concessum est, quod pluris sit minoris emere, quod minoris sit pluris vendere, & ita inuicem se circumscribere. Ita in locationib. quoq; & conductionibus iuris est, *l. & ideo 23. eod. titul.* & ideo prætextu minoris pensionis, locatione facta, si nullus dolus aduersarii probari possit, rescindi locatio non potest. Quo pertinet etiam lex, *a Diuo Pio, §. si pignora. ff. de re iudicat.* Pro dissolutione motæ quæstionis, † sciendum est, legem æqualitatem, si fieri possit, in omnibus optare, *l. 76. societatem. §. arbitrorum. l. si non fuerint, 29. cum leg. seq. ff. pro socio, Nouell. 22. §. final. l. de fideicommisso. C. de transact. l. pater puellæ. C. de inoff. testam. l. illud. C. de collat. l. fin. C. comm. vtr. iud.* & suadere, *d. Nouell. 22. §. fin. l. iure succursum est, ff. de iure dot.* Vnde etiam in foro, quod conscientiæ vocant, talis deceptio non admittitur. *Nauarrus in cap. nouit. num. 58. de iudicus. Couarr. lib. 2. cap. 4. n. 11.* vt d. l. iure succursum est, *§. fin. ff. de iure dot.* tamen, quod Legislatores animaduerterẽt, ex promiscua retractatione contractus semel consensu instituti, l. non est probabilis, item *l. ratas C. de rescind. vend.* plus incommodi & mali nasceretur, quam boni, si, quæ semel mutuo consensu terminata, prætextu inæqualitatis in disceptationem reuocarentur, *d. l. ratas. & l. non est probabilis. l. quamuis 29. C. de transact. l. scio. ff. de rest. in integ. l. properandum. C. de iud.* & in † curanda republica, non quod singulis, sed omnibus aut pluribus prosit, intueri debeant, *l. penult. ff. de iust. & iur. authent. ea quæ, commun. de succes. l. si locus. ff. de seruitut. rustic. præd. cum similibus,* præterea ex duobus malis, † & incommodis, quod leuius sit, eligendum videatur, *l. 199. quotiens. ff. de reg. iur. cap. 1. & 2. distinct. 13. & supra proximo. cap. circa finem,* idque eo probabilius dicendum est, quod leges dolum excludant, *vt supra audiuimus,* & eo † casu, quo quis vltra dimidium iusti pretii captus esset, ius auxilii sui expediunt, *l. 2. C. de rescind. vendit. &c.*

34 35 36 37

CAPVT V. SECVNDVM DISTRIbutionem Argyropili, & VIII. secundum diuisionem Zuuingeri.

De talione & pecuniæ vsu.

SVMMARIA.

1 *Quis sit talio.*
2 *Legis duodecim tabularum definitio, de membro per iniuriam rupto.*
3 *Pœna homicidæ, calumniatoris, corrupti iudicis per vim quid inuadentis, celantis seruum fugitiuum, abnegantis depositum.*
4 *Poetarum commentis non facile innitendum esse.*
5 *Quæ de Rhadamanto dicta sunt, an ad personam diuini numinis transferri possint.*
6 *Multa incommoda, quæ ex talionis obseruatione nasci possent.*
7 *Iniuriæ æstimatio ex circumstantiis constituenda.*
8 *Quare pœna talionis iure nostro regulariter sublata sit.*
9 *Cur magistratus reuerberandus non sit dilemmate expeditum.*
10 *Auctoritatem magistratus conseruandam esse.*
11 *Difficultas, ex responso Aristotelis nascens, declaratione sublata.*
12 *Etiam vim a magistratu per iniuriam illatam, per vim repelli posse.*
13 *Differentia inter obligationes, quæ sponte, & quæ inter inuitos contrahuntur.*
14 *In contractibus certam esse æstimationem pecuniæ, quæ multis difficultatibus subueniet.*
15 *Circumstantiæ augent, vel minuunt delictum, idque multis exemplis illustratum.*
16 *Proportionem non ex æqualitate rerum, sed ex conuenienti æstimatione, metimur.*
17 *An proportio consistat in iisdem rebus reddendis, an vero aliis, quæ respondeant.*
18 *Iustitiæ commutatiuæ vim in eo consistere, vt quod mali acceperimus digna pœna vlciscamur, & contra beneficia accepta paribus meritis sarciamus.*

19 Iu-

19 *Intempestiua misericordia est, quæ flagitioso homini impenditur.*
20 *Vindicta, an priuatis hominibus permissa sit.*
21 *Præclara exempla illorum, qui mortis periculo omissa tutela corporis se obtulerunt.*
22 *Naturalis ratio dictat, vt beneficia compensemus.*
23 *Vis naturalis obligationis, quæ ex huiusmodi beneficiis nascatur.*
24 *Exemplum iustæ contributionis in ædificatore & sutore.*
25 *Quæ exempli caussa dicta sunt dispositionem non restringunt, sed ad singulos casus referri debent.*
26 *Societatem, quæ nulla proportione constet facile dissipari.*
27 *Leonina societas, quæ.*
28 *Verbum societatis, quomodo hoc loco intelligendum sit.*
29 *Quorsum commercia mutua pertineant.*
30 *Omnes contractus mutuum consensum requirere.*
31 *Ex caussa publicæ vtilitatis, quis aliquando dominio rerum suarum priuatur.*
32 *Officium & effectus pecuniæ cuius nomine excogitata sit.*
33 *An permutatio pretium recipiat.*
34 *Quando pecunia sit inuenta.*
35 *Pecunia vnde dicta sit græce.*
36 *Æstimationem pecuniæ auctoritate principum constitui.*
37 *Aliud exemplum proportionis in rustico & sutore.*
38 *Quæ caussa sit commerciorum instituendorum.*
39 *Numorum publica æstimatio, in difficultate commutationis omnem contentionem dirimere solet.*
40 *Iusta proportio commutationis; Si lectica cum domo comparentur.*
41 *Permutationis iura antiquiora esse, quam emtionis aut venditionis.*
42 *An in permutatione, quis defungi possit, verum pretium inferendo.*
43 *Vim & effectum iuris in hoc versari, quod, vt medium inter duo extrema, plus & minus tueatur.*
44 *Dissimilitudo inter mediocritatem, quam iustitia, & quam reliquæ virtutes parere solent.*
45 *An quis sine vitio cupidinis & voracitatis pretiosissimo cibo vti possit.*
46 *Descriptio iustitiæ ex Aristotele.*
47 *Quæ sint iustitiæ partes in muneribus distribuendis.*
48 *Alia differentia inter iustitiam distributiuam & commutatiuam.*

49 *An iniuria sit contemnere vel remittere iniuriam.*

50 *Non solum in vitio est, qui facit iniuriam, sed qui a socio illam, cum possit, non repellit.*

Translatio Argyropili.

Videtur autem nonnullis, & ipsa repassio simpliciter esse iustum, vt Pythagorici censuerunt. Qui quidem absolute definientes iustum, repassionem esse dicebant.

Textus græcus.

Δοκεῖ δέ τισι, καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον, ὥσπερ οἱ πυθαγόρειοι ἔφασαν. ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ.

Translatio Zuuingeri.

Videtur autem quibusdã talio quoq;, id est, reciproca quadam perpessio, ius esse simpliciter & absolute queadmodũ Pythagorei dixerunt. Definiebant n. ius absolute, id, quod quis a se factũ, vicissim ab altero pateretur, i. talionem seu mutuam perpessionem.

Videtur autem, &c.] In accommodandis iustitiæ partib. Pythagoreos
1 talionem præscripsisse principio capitis cõmemorat, vt qua quis † alium
ratione læsisset, eadẽ puniretur, vt dens ꝑ dente extunderet, oculus erue-
2 retur ꝑ oculo In q̃ sententiã lex † duodecim tabularũ, idẽ in omni mem-
bro rupto constituit, vt qui id admisisset, talionẽ tanq̃ temeritati debitam
ferret. *§.pæn. Inst. de iniur.* Exstantq; eius rei in diuersis iuris nostri legib.
3 vestigia. Qui hominẽ occidit, ꝙ fecit, † ex{s}pectet, necesse est, *l. nemo. C. de
epis. aud.* qui calumniæ in accusando conuincitur, eundẽ ad vindictã simi-
litudo supplicii exposcit, *l. fin. C. de accus. l. non prius, l. nostris. l. fin. C. de calũ.*
Qui in capitali caussa munera, vt innocentem condemnet, accipit, eius-
dem pœnæ seueritate coercetur, *l. 7. §. fin. ff. ad l. Iul. repet.* Qui fines fun-
di vicini ꝑ iniuriam vsurpauit, tantũ agri modũ, quantũ adimere tenta-
uit, amittit, *l. si cõstiterit, C. finiũ regund.* Qui alienũ fundũ ꝑ vim occupauit,
nedũ illũ restituere, sed etiã iustã fũdi æstimationẽ inferre cogit, *l. si quis in
tantã. C. vnde vi, § fin. Inst. de vi bonor. rapt.* Qui seruũ fugitiuũ excipit, atq;
celat, cũ cũ alio pari vel viginti solidis reddere compellitur, *l. 4. C. de seruis
fugitiuis.* Idẽ statuit in eo, qui seruũ alienũ corrupit, *l. 1. vel. l. 14. vt tamen. §.
in hac act. ff. de seru. corr. § in duplũ. Inst. de act.* itẽ *in act. l. Aquil.* si quis se da-
mnum fecisse inficietur, *l. 5. doli. §. hoc actio. ff. ser. corrupt. §. sed furti, Inst. de
act.* Idem obtinet si tumultus, incendii, ruinæ caussa depositum quis ab-
neget, *l. 1. ff. depos. d. §. sed furti.*

Trans-

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Quanquam eam ipsemet Rhadamanti ipsius iustum asserunt esse. *Si quæ fecerit hæc etiam patietur & ipse iudicium fuerit perrectum atq; exitus æquus.*	καί τοι βούλονταί γε τοῦτο λέγειν καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον, εἴ κε πάθοι, τά κ' ἔρεξε, δίκη τ' ἰθεῖα γένοιτο.	*Atque etiam ius Rhadamanti, hoc fuisse, videntur significare. Si quis, quod fecit, patiatur, ius erit æquum.*

Quanquam eam ipsam, &c.] Hic Argyr. in transponendis Arist. verbis nonnihil a Græco textu deflexit, vnde mihi religio fuit a textu discedere. Confirmat ea, quæ poetę de Rhadamanti lege, caussam talionis asserente, 4
memoriæ prodiderunt, sed vt mox recte perpendit, † poetarũ commentis & fabulis inniti non debemus. Deniq; si eadẽ figmenta imaginẽ diuinæ vltionis, q̃ in futuro seculo formidanda sit, cõplecti & præ se ferre ponamus, paratum sit, quod huiusmodi obicem plane submoueat, præsidium, non esse iniqua, † quæ ab omnis boni fonte & parente Deo opt. maximo 5
manent & proficiscantur, *c. Nabuchodonosor. & c. vasis iræ 23. q. 4. c. si ex bono. 23. q. 3. dist. 4. c. voluissent. ead. caussa & q. dist. 1.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Verum repassio nec ad distributiuum iustum, nec ad emendationem accommodatur, persæpe enim discrepat. Nam si quis magistratũ gerens percusserit quempiam, non decet eum repercuti. Et, si quispiã eum, qui magistratum gerit repercusserit: is non solum repercutiendus est, verum etiam supplicio afficiendus.	τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν. πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ, οἷον εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι καὶ εἰ ἄρχοντα ἐπάταξεν, οὐ πληγῆναι μόνον δεῖ, ἀλλὰ καὶ κολασθῆναι.	*Ius talionis porro neque ad id ius, quod in distributione bonorum versatur, neq; ad id ꝙ ad emendationẽ factorũ valet, accommodari potest. Multis enim locis a iure dissidet ac discrepat: veluti si quis magistratum gerens aliquem pulsauerit, non est referiendus, & si quis eũ qui magistratũ gerat pulsauerit non modo verberandus, sed etiam castigandus est.*

Hanc ipsam sententiam † Aristoteles quod neutra iniustitiæ parte 6

ad æquitatis normam reuocari possit, refellit. Etenim si de distributiuæ tractemus, non conueniet talis dispositio. Primo, quod temeritas peccātis maiorem pœnam nonnunquam requirat, vt si quis labefactata largitionibus fide alteri magistratum contulisset, *l. 1. & l. fin. C. ad l. Iul. repetund.* defungi enim non poterit tantundem inferendo. Deinde quod non semp exerceri possit, si n. honores & priuilegia indigno sint tributa, ratio talionis iniri non poterit, aut si possit institui, modo remissior, modo autem asperior pœna infligi, siue prouehentem siue accipientem spectemus, debebit, *l. si quemquam. C. de episcopis & cler. c. 107. statuimus, c. erga simoniacos, c. constat, c. sunt nonnulli. 1. q. 1. c. de hoc autem, c. nemo. c. etsi quæstiones. c. veniens. de simonia. l. iubemus & l. penult. C. ad l. Iuliam repetun.* Quod si vero de commutatiua iustitia quæramus, maior absurditas talem sententiam consecutura videatur, cum mali illati, atque accepti, qualitas

7 ex personis, facto, caussa, modo, loco, tempore & aliis circumstantiis † æstimari debeat, *l. aut facta. ff. de pœnis. l. Paulus. ff. de incendio, ruina, naufrag. l. si seruos. C. ad l. Iuliam de vi publica. l. 16. qui eadem. ff. ad l. Cornel. de sicariis, c. finali. distinct. 29.* vt non immerito pœna talionis iure nostro

8 saltem regulariter, † iussa sit facessere, § *pœna. de iniuriis,* in hæc verba: *Pœna autem iniuriarum ex lege duodecim tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat, propter os vero fractum, numariæ pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Sed postea prætores permittebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam æstimare, vt iudex vel tanti reum condemnet, quanti iniuriam passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit.*

Vt non incōmode mox Philosophus inferat, non esse eandem caussam magistratus aliquem percutientis, quæ sit priuati. Et quidem si de pœ-

9 na illius tractetur, ipsam collectionem eidem constare, † existimo: Si enim iure aliquem magistratus ceciderit, vel in aliquem durius consuluerit, non de animaduersione, sed de præmio ipsius potius cogitandum erit, *l. continet. ff. quod met. caussa gestum erit, l. iustos. C. de off. rect. prouinciæ. l. lectos. ff. de periculo & commod. rei emtæ & vend. c. 1. de re iudicat. in 6.* quod si vero iniuria id factum ponamus, adhuc tamen talioni locus esse non poterit, quod huiusmodi animaduersio in magistratum non cadat, *l. hos accusare, ff. de accusat. l. 2. ff. de in ius vocando. l. 5. §. si prætori ff. de operis noui nuntiat* quippe cum ad homines in officio continendos, & ad conseruan-

10 dam coniunctionem humanam egregie atque largiter † referat, vt magistratui sua auctoritas constet: *l. obseruandum. ff. de off. præsidis. c. qualiter & quando*

quando de accusat. & inquisit. Sin autem agatur de vi per vim propulsanda, parum legibus nostris cum Aristotelis responso conueniet, qui neget magistratui, † quem verberanti, manus inferri posse, & mox contendat 11
tale factum mortis piaculo vindicandum.

Repugnant enim, quæ de simili controuersia, *l. quemadmodum. 30. ff. ad l. Aquil. §. finali, item l. nec magistratibus. 32. ff. de iniuriis. l. prohibitum. C. de iure fisci libro 10. c. conquirente. de rest. spol.* comprehenduntur, posse vim & iniuriam a magistratu illatam pari † ratione repelli. Statuo itaq; Ari- 12
stotelem intelligendum de magistratu id legitime exsequente iure Imperii & honoris, *l. continet. ff. quod met. caussa.* quo casu nefas est magistratui resistere, *11. quæst. 3. c. qui resistit,* idque adeo procedit, vt non solum obtineat si certum sit, id iure susceptum esse, sed etiam in re dubia & obscura idem probemus, *c. quid culpatur. in fine. 23. q. 1.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Præterea multum inter se differunt id, quod sponte, & id, quod inuitus quispiam facit.	ἔτι τὸ ἑκούσιον ϰ τὸ ἀκούσιον, διαφέρει πολύ.	*Præterea permultum interest inter id, quod sponte nostra, & id, quod inuite facimus.*

Disparem esse caussam illarum obligationum, quæ sponte, & quæ in- 13
ter † inuitos contrahuntur, inde decernere licebit, quod cum ab initio integerrima facultas sit, contractum nec ne instituendi, *l. sicut. C. de oblig. & act. l. nec emere. C. de iure deliberandi,* non alii, sed sibi culpam, si quid offensum, sit adscribere debeat, *l. 44. cum postulassem. §. fin. ff. de damno infecto.* Præterea, quod in contractibus & similibus negotiis certum pretiū,
l. 72. pacta conuenta. ff. de contrah. emt. §. pretium. Inst. de emt. & vendit. mer- 14
ces, *l. 1. & l. si merces. ff. locati. Inst. de locat. & cond. in princip.* aut iusta † æstimatio, *l. vinum. ff. de rebus creditis, si certum petatur. l. pretia rerum. 63. ff. ad l. Falcidiam,* quicquid exsistere solet, difficultatis expediat, quod in iniuriis atq; aliis delictis, quibus proximum insectatur atque lædit, non ita se habet, *§. pœna. Instit. de iniuriis. l. item apud Labeonem 15. §. prætor ait, l. item si vnius, §. ait prætor arbitratu. l. 18. eum. §. si nupta. ff. de iniuriis. l. perspiciendum. l. aut facta, ff. de pœnis. l. 1. §. expilatores. ff. de effractoribus.* 15
Deinde, quæ est confirmatio expositæ considerationis, † quod circum-

stantiæ minuant vel augeant delicta, vt personæ: grauior enim & contumeliosior est, iniuria in magistratum, *lege septima. prætor. §. finali. ff. de iniuriis*, parentem, *leg. decimasexta aut facta. §. persona. ff. de pœnis*, patronum, *l. 11. §. quanquam. & d. l. 7. §. finali*, illata, quam si priuato factam fingamus. E contrario leuior offensa censeri debet, quæ a minore & impubere contrahitur, quam si iustæ ætatis fuisset, *l. 37. auxilium, ff. de minor. in integr. rest. l. illud. ff. de iniuriis.* Idem in caussa, & modo, loco, tempore, procedere animaduertimus, detestabilius enim facinus est, si quis hominem ob probitatem, vel liberam, atque diuinæ legi conformem reprehensionem, occidat, vt Ioannem Herodes, *c. cum iuramento. de homicidio volunt. & casuali*, vt Thomã Cantuariensem præsulem assentatores regii, *c. sicut dignum. eod. tit.* quam si ex alia caussa id accidisset: Modus maleficium exasperat, cum scelera non casu, non impetu, sed consulto & ex insidiis perpetrantur, *l. perspiciendum. §. finali ff. de pœnis*, cum ex consuetudine repetuntur, *l. nemo in fine. C. de episcopali audientia. l. capitalium. §. solent, ff. de pœnis.* Locus id impetrat si in ecclesia vel palatio flagitium aliquod concipiatur, *c. inter alia, de immunitate ecclesiæ l. finali. C. de his qui ad ecclesiam confug.* Tempus peccati caussam exacerbat, si quis die paschatis facinus aliquod designet, *arg. l. 3. C. de episcopali audient. item l. 7. §. finali. l. seq. ff. de iniuriis*, aut si in ipsis induciis aliquid tentet, vel moliatur, *c. 1. de trenga & pace.*

Translatio Argyropili.

Sed in societatibus commerciorum tale iustum (repassio inquam) per comparationem rationum, & non per æqualitatem continet ciuitatem, ciuitas enim tunc conseruatur, cum retributio fit, vt comparatio flagitat rationum.

Textus græcus.

ἀλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς, συνέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον, τὸ ἀντιπεπονθὸς κατ' ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ' ἰσότητα. τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις.

Translatio Zuuingeri.

Sed in communitatibus rerum cõtrahendarum ac permutandarum, sane tale ius, quod reciprocam perpessionẽ seu talionẽ nominãt, proportione, nõ æqualitate ciuilem societatẽ continet. Factis n. proportione reciprocis manet coniunctio ciuitatis.

Expedit præsenti in sectione, quid discriminis interluceat inter caussam talionis, & illam, quæ proportione exsistat. Insignis enim & quasi

quasi præcipua differentia est, quod hic proportionem, † commodi & 16
incommodi accepti, non ex æqualitate rerum, sed conuenienti & iusta rationum subductione, quæ talionis (siue, quod par pari referatur) munus sustinere videantur, metiamur. Cum enim iustitiæ scopus sit, suis bonis & ornamentis, hominum inter homines deuincire societatem, non tam reddendis his, quæ accepimus, vt in commodato, & deposito, *l. 1. ff. comm. l. 1. ff. depos. §. simpli. Inst. de act.* q̃ aliis, quæ respondeant, † resti- 17
stituendis, consistere videtur, vt in mutuo *l. 2. l. cum quid. ff. de reb. creditis. si certum,* & permutatione *l. 1. ff. de rer. permut. l. 1. & tot. tit. C. eod. l. 1. & tot. tit. ff. de præscriptis verbis:* iusti pretii, *l. 1. ff. de contrahend. emt. l. 2. item l. si voluntate. C. de rescindend. vendit. c. cum dilectus. de emt. & vend.* conuenientis mercedis, *Inst. de locatione & conduct. in principio. l. 1. ff. eodem titulo,* veræ æstimationis illatione, *l. vinum. ff. de rebus cred. si cert. petatur. l. qui restituere. ff. de rei. vind. l. 16. si fundus. §. in vindicatione. ff. de pignor. l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo quod interest proferuntur. l. cum res. ff. de legatis. 1.* delictorum competenti, quæque improbitati non damno accepto respondeat solum vindicta, *l. perspiciendum. ff. de pœnis. l. capitalium. §. finali. eod. tit. l. si quis in tantam. C. unde vi.* Enimuero, vt non dissimulat Philosophus, his & similibus commercii rationibus adiuti, & vicissim conciliati, mortales in vnum reipublicæ corpus facile coalescunt.

Translatio Argyropili.

Nam homines aut reddere malum quærunt: quod ni faciant, seruitus esse videtur: aut retribui sibi bonum, quod nisi fiat, actus dandi, beneficiumque non fit, at ciuitates his conseruantur. Quãobrẽ & gratiarum tẽplũ in ciuitate media cõdunt, vt retributio sit. hoc n. gratiæ

Textus græcus.

ἢ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν. εἰ δὲ μὴ, δουλεία δοκεῖ εἶναι, εἰ μὴ ἀντιποιήσει, ἢ τὸ εὖ. εἰ δὲ μὴ μετάδοσις οὐ γίνεται τῇ μεταδόσει δὲ συμμένουσι. διὸ καὶ χαρίτων ἱερὸν ἐμποδὼν ποιοῦνται ἵνα ἀνταπόδοσις ᾖ. τοῦτο γὰρ χάριτος ἴδιον. ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ δεῖ

Translatio Zuuingeri.

Aut enim malum acceptum reponere conantur, (quod si non liceat seruitus esse videtur, iniuriam referre non posse) aut ei, qui bene meritus sit, referre gratiam volunt, quod si non fiat, sublata est rerum communicatio, & officiorumque quasi mutuatio. At rerum cõmunicatione officiorũq; mutuatione, societas ac cõiunctio ciuiũ manet. Itaq; & gratiarũ tẽplũ in

proprium est. Nam is, qui suscepit, subministret vicissim ei, qui munus contulit: & ipse rursus incipiat conferre, oportet.

τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι χαριζόμενον.

propatulo vrbis loco constituitur, vt sit remuneratio. Hoc enim gratiæ proprium est. Nam ei, qui beneficium dederit, referendum beneficium est, & is rursus alterum beneficio prouocare debet.

18 *Nam homines aut reddere malum quærunt, &c.*] Ostendit in hoc paragrapho iustitiæ commutatiuæ vim in eo verti, † atque consistere, vt quod mali acceperimus digna temeritati & insolentiæ pœna vlciscamur, aut quod beneficii senserimus paribus meritis sarciamus: Has enim duas esse vias, qua reipublicæ caussam & adseramus, & in perpetuum stabiliamus, *l. 1. §. 1. ff. de inst. & iur. item. l. 2. ff. de legibus. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. l. qui seruum. ff. de interrog. in iure. faciend. l. locatio. §. quod illicite. ff. de publ.* edocemur. Idq; omni dubio carere constituo, si tractatur de pœna,
19 quæ a magistratu sit inferenda, quod offensam Dei contrahat, qui flagitioso homini † intempestiuam misericordiam impartiat, *23. q. 4.* est iniusta, quippe cum pœnæ in hoc propositæ sint, vt audaciam insolescentis refrænent, *l. operis. C. de pœnis, l. Diuus in fine. ff. de custod. reorum.* alios a facinore deterreant *l. capitalium. § fin. ff. de pœnis,* tumultum atq; seditionem compescant, *l. non est singulis. ff. de legib. l. addictos, C. de episc. aud.* vt denique tuta inter malos possit esse innocentia. Quod si vero Aristote-
20 lem intelligamus, † de vindicta propria, hactenus, illam ad conseruationem reipublicæ pertinere existimo, vt quis se tueatur atq; salutem suam hoc modo expediat, *l. vt vim. ff. de inst. & iur. l. 1. C. vnde vi. l. sed et si quemcunq;. ff. ad l. Aquil. c. si vero, de sent. excom. C. dilecta de sent. excom. in 6. l. 1. 2. & 3. C. quando liceat se sine iudice vind.* quamuis etiã hoc casu probentur ex-
21 empla, illorũ, qui omissa ꝓprii corporis tutela se mortis † ꝑiculo obtulerunt, *c. conuenior. 23. q. 8.* quæ virtus perfectioni lucis Euangelicæ debetur, *c. paratus. 23. q. 1. cap. sex differentiæ, 23. q. 3.* quod si vero ad meram vltionem, quæ cum salutis defensione coniuncta non sit, quis adspiret, vt dum lædentem se, & fugientem insequitur, aut ex interuallo eundem aggreditur, idem merito respuemus, *l. scientiam ff. ad l. Aquiliam. l. 13. §. eum. ff. de vi & vi armat.* Hæc de male accepti vindicta. Beneficium con-
22 gruenti munificentia pensandum esse naturalis ratio dictat, † *l. sed & si. §. consuluit.*

consuluit.ff.de petit.hered.l.si non sortem. §. literas.ff.de cond.ind.l.12. si vero non remunerandi.§.Inde Papinianus.ff.mandat. Sed hic admonendi videmur, hanc ipsam naturalem obligationem iure nostro non illam vim obtinere, vt actionem nobis deferat, qua quem ad compensationem vrgeamus, *d.§.consuluit*, aut id, quod datum est, repetamus, nisi certę, illæque insignes, † ingratitudinis caussæ, id nobis largiantur, *l.finali. C.de reuocand. donat.* Prodest tamen aliquando ad condictionem impediendam. *d.§.libertus*, & mutuæ donationis præsumtionem. Obseruandum deinde est, Aristotelem non omnino de mera liberalitate loqui, sed potius conuenienti datorum & acceptorum contributione, quę commertio congruentium rerum explicetur, vt impudens, & a iustitia commutatiua alien⁹ iudicari possit, qui quid ab alio appetat, quod pari merce & pecunia ęquare, & remunerare nolit. Hanc enim mentem Aristotelis esse, exempla mox ab illo adducta coarguunt. 23

Translatio Argyropili.

Coniunctio autem (quæ per diametrum) est, facit eam retributionem, quæ per comparationem rationum efficitur, hoc pacto, sit ædificator quidem a sutor autem b. domus in c. & calceus collocetur in d. AEdificatorem igitur a sutore accipere opus illius, & ipsum illi suum dare oportet.

Si igitur primum sit id iustum, quod comparatione rationum est æquum, deinde repassio fuerit, erit quod dicitur, sin minus, non erit æquum, neque constabit societas. Nihil enim prohibet v-

Textus Græcus.

Ποιεῖ δὲ τὴν ἀντίδοσιν τὴν ἀναλογίαν ἡ κατὰ διάμετρον σύζευξις, οἷον οἰκοδόμος ἐφ᾽ ᾧ α, σκυτοτόμος, ἐφ᾽ ᾧ β, οἰκία ἐφ᾽ ᾧ γ, ὑπόδημα ἐφ᾽ ᾧ δ.

Α οἰκοδόμος β. σκυτοτόμος. γ οἰκία, δ ὑπόδημα. δεῖ οὖν λαμβάνειν τὸν οἰκοδόμον, παρὰ τοῦ σκυτοτόμου, τὸ ἐκείνου ἔργον, καὶ αὐτὸν ἐκείνῳ μεταδιδόναι, τὸ αὐ-

Translatio Zuuingeri.

Facit autem remunerationem proportione constantem ea, quæ mediis transuersis lineis fit, coniugatio. Exempli caussa, sit ædificiorum opifex A. sutor B. Domus C. Calceus D.

AEdificiorum opificem igitur oportet a sutore opus illius sumere, eique vicissim suum impertiri. Ergo si primum æqualitas sit ea, quæ proportione constat, deinde reciproca perpessio, seu talio fiat (id est, tantundem accipiatur, quantum datum sit) exstabit id, quod a nobis dicitur, sin minus, neque erit

nius opus alterius opere praſtabilius eſſe. Hæc igitur ad æqualitatem redigantur oportet.	τοῦ. ἐὰν οὖν πρῶτον ᾖ τὸ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον, εἶτα τὸ ἀντιπεπονθὸς γένηται, ἔσται τὸ λεγόμενον. εἰ δὲ μὴ οὐκ ἴσον οὐδὲ συμμεμένει, οὐδὲν γὰρ κωλύει κρεῖττον εἶναι τὸ θατέρου ἔργον ἢ τὸ θατέρου. δεῖ οὖν ταῦτα ἰσασθῆναι.	*æqualitas, neque manebit ſocietas. nihil enim prohibet quo minus vnius opus alterius opere ſit praſtabilius. Hæc igitur exæquata ſint oportet.*

(Coniunctio autem) † Proponit iuſtę contributionis exemplum in ædificatore, & ſutore, qui opera inter ſe commutent. In hoc ipſo con-
24 tractu, ſi rem ad iuſtitiæ normam reuocare velimus, proportione conſtituemus formam talionis, vt quantum, & qua bonitate quid acceperit, tantundem & eadem qualitate ſufferat, id enim iuſta rerum proportio deſiderat, *l. de illo, l. ſi non fuerint, l. ſocietatem. ff. pro ſocio. l. 24. ſi in lege. ff. locati, l. 22. in perſonam. § generaliter. ff. de regulis iuris, l. inter artifices. ff. de ſolut.* Quod ſi opera, quæ vtrimque edita eſt, item rei, qua pręſtatur æſtimatio, non concurrat, ceſſante cauſſa proportionis, ceſſabit & æquitas. Vt in exemplo ab Ariſtotele propoſito. Nam ſi calceos ſingulos cum ſingulis ædibus componamus, nulla erit proportio, ſiue moleſtiam, quæ in concinnatione ſumatur, ſiue materiam, ex qua hinc calceus, inde domus contexatur, ſpectemus. Dirimet itaque hęc proportionis iniquitas ſocietatem, niſi numerus calceorum, quod proportioni deſit, ſuppleat, & ita ad æqualitatem redigatur.

Translatio Argyropili.	Textus Græcus.	Translatio Zuuingeri.
Eſt autem hoc & in ceteris artibus.	ἔστι δὲ τοῦτο, ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν.	*Quod idem fit in aliis artibus.*

Eſt autẽ hoc & in ceteris artibus.) Quæ de ſutore dicta ſunt, eadẽ ad alia
25 artificia † transferri poſſunt. Nã & iure noſtro cognita illa definitio eſt, exempla diſpoſitionem legis non reſtringere, *leg. prima, §. quod vulgo. ff. de vi.*

de vi, leg prima, ff. vti possidetis, leg. 30. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de damn. infect. c. 1. ne clerici vel monachi secul. neg. se immisc. l. regula. ff. de iuris & fact. ignorant.

Translatio Argyropili.	Textus. Grecus	Translatio Zuuingeri.
Etenim e medio tollerentur, nisi agens ageret, & quantum & quale, & patiens pateretur hoc, & tantum & tale.	ἀνηρῦντο γὰρ ἄν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο, καὶ τοιοῦτον.	*Tollantur enim funditus & concidant, nisi & quantum, & quale id, quod efficiendi vim habet, efficiat tantundem & tale accipiat id, quod patitur.*

Etenim e medio tollerentur) Hęc verba etiam in præcedenti capite 26
deprehenduntur. Sensus illorum est, illam societatem, † quæ nulla proportione constet, rescissam dissipari necesse est, quod a tali communione omnes abhorreant. *d. l. 23. de illo l. 39. si non fuerint. l. 30. Mutius. leg. 76. societatem. ff. pro socio. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis.* Adeo vt Cassius, *d. l. Mutius.* ad fabulam Æsopi alludens talem societatem Leoninam appellet; † & contra æqualitatem eidem commendent & exoptent, *l. illud C. de collat. l. finali. comm. vtr. iudicij, l. de fideicommisso. C. de transact.* Quare recte Aristoteles constituit, & agentis, & patientis parem caussam esse
debere, cum passionem in retributione constituat, quæ & tantundem 27
complecti debeat, & eandem bonitatem exposcat, *leg. prima, §. in honorariis. ff. de extr. cognitionib. l. cum quid. ff. de rebus cred. si certum petatur*, quæ in caussa mutui vtrumque requisitum egregie ob oculos ponat. Verba legis ita se habent:

Cum quid mutuum dederimus, & si non cauimus, vt æque bonum nobis redderetur, non licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit, reddere, veluti vinum nouum pro vetere: nam in contrahendo, quod agitur, pro cauto habendum est: id autem agi intelligitur, vt eiusdem generis, & eadem bonitate soluatur, qua datum sit.

RR 2

Translatio Argyropili.	Textus Græcus.	Translatio Zuuingeri.
Non enim duobus ex medicis fit societas, sed ex medico, atque agricola, & ex diuersis omnino ac inæqualibus, verum hi redigantur ad æqualitatem oportet.	οὐ γὰρ ἐκ δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ καὶ γεωργοῦ, καὶ ὅλως ἑτέρων, καὶ οὐκ ἴσων, ἀλλὰ τούτους δεῖ ἰσαθῆναι.	*Non enim ex duobus medicis societas constare potest, sed ex medico & agricola, & omnino ex diuersis & dissimilibus, atque inæqualibus, quos tamen oportet exæquari.*

Non enim duobus ex medicis) Non eo consilio institutas esse societates, & commercia, vt idem, sed diuersa, quæ vtrimque necessaria essent, in medium conferrent, intelligimus *ex l. 1. ff. de nundinis. leg. prima, ff. de contrahend. emt. c. inter cetera, de off. ord. leg. 2 ff. de orig. iuris l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. l. 1. l. mercatori. C. de comm. & mercat.* Sciendum autem est appellatione societatis Aristotelem, non designare eiusdem professionis homines, vt collegas, de quo, *cap. 1. de elect. & tot. tit. ff. de collegiis*, dum aperte negat, ex duobus aut pluribus medicis societatem constari posse, neque rursum illã societatem, quæ a mercatoribus, aut similibus certi lucri caussa instituatur, *l. duo societatem. & toto titulo. ff. pro socio.* † Sed
28 quæ iure gentium in singulis populis suscipitur, vt a belli & multarum necessitatum incommodis, quæ disiecti & locorum interuallo separati, sentiebant, se vindicarent, *d. l. ex hoc iure. de iust. & iure. §. ius autem gentium. Inst. de iure nat. gen. & ciuili:* Siue vnis, siue pluribus mœnibus coerceantur, vt per commercia illud, † quo abundant, in alios transferatur,
29 & ipsi vicissim eodem modo, quo illis opus est, consequatur. *d. l. 1. ff. de contrahend. emt. item d. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Quapropter ea vniuersa, quorum est permutatio inter sese comparabilia quodammodo esse oportet.	διὸ πάντα σύμπλητα δεῖ πως εἶναι, ὧν ἐστὶν ἀλλαγή.	*Quapropter quarum rerum fit permutatio eas res oportet esse eiusmodi, vt inter se quodammodo comparari possint.*

Quapro-

Quapropter vniuersa.) Contractus inter inuitos non institui, supra auditum est, cum id proprium † pene contractus esse videatur, vt & vo- 30
luntate suscipiatur, *l. sicut. C. de act. & obl. l. 44. cum postulassem. §. finali. ff. de damno infect.* & consensu mutuo perficiatur, *l. 55. in omnibus rebus. l. 57. in omnibus negotiis. ff. de oblig. & act.* Itaque illa, quorum est permutatio, quodammodo comparabilia sunt, id est, in ea sunt conditione, vt tanquam venalia comparari possint. Ab inuitis enim dominium extorque- 31
re iniuria est, *l. quod meum. ff. de reg. iur.* Euenit tamen aliquando † vt inuiti, dominio rerum suarum exsuantur, si id necessitas publica suadeat, *l. si quando. C. de aedif. publicis. l. 1. C. de episcopali audientia.*

Translatio Argyropili.

Pro quo numus in vsum hominum venit, & fit quodammodo medium, metitur enim cuncta, quare & excessionem atque defectionem, quotnam calcei domui vel victui sunt aequales. Oportet igitur, quod est, aedificator ad sutorem, tot pro domo, vel alimentis calceos esse, quod si hoc non fuerit, non erit permutatio neque societas. Hoc autem non erit, si non quodammodo aequa fuerint, oportet ergo aliquo vno mensurari cuncta, sicut & antea diximus.

Textus graecus.

ἐφ' ὃ τὸ νόμισμα ἐλήλυθε καὶ γίνεται πῶς μέσον· πάντα πρὸς γὰρ μετρεῖ, ὥστε καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἔλλειψιν. πόσα ἄττα δὴ ὑποδήματα ἴσον οἰκίᾳ ἢ τροφῇ. δεῖ τοίνυν ὅσπερ ὁ οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον, τοσαδὶ ὑποδήματα πρὸς οἰκίαν ἢ τροφήν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ οὐδὲ κοινωνία. τοῦτο δ', εἰ μὴ ἴσα εἴη, πῶς οὐκ ἔσται. δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι ὥσπερ ἐλέχθη πρότερον.

Translatio Zuuingeri.

Atq; ad hanc rem numus quaesitus & comparatus est, qui omnium rerum quodammodo sit medius seu mensura. Nam res omnes metitur, quare & nimium & parum metitur. Quot igitur calcei domui, vel alimento sunt aequales. Oportet ergo, quam proportionem & comparationem habet aedificandi artifex ad sutorem, tot numero calceos, cum domo aut alimento comparari. Hoc si ita non fiet, neq; erit permutatio, neq; communitas. Non poterunt autem comparari, nisi quodammodo sint aequalia. Ergo, quemadmodum supra, vnum quiddã esse oportet, quod cetera omnia metiatur.

Pro quo numus.) Quod numi officium sit, & quo pacto illa, quæ
32 † casu, aut per rerum naturam multis incommodis obnoxia, & difficultatibus implicata erant, expediat, cum ingeniose tum eleganter describit Paulus Iurisconsultus, *l.1.ff.de contrahenda emtione*, quæ ita cœpta est. *Origo emendi vendendiq; a permutationibus cœpit: olim enim non ita erat numus, neq; aliud merx, neq; pretium vocabatur, sed vnusquisq; secundũ necessitatem temporum ac rerum vtilib. inutilia permutabat: quãdo plerunq; euenit, vt quod alteri superest, alteri desit: sed quia non semper nec facile concurrebat, vt cum tu haberes, quod ego desiderarem, inuicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subueniret, eaq; materia forma publica percussa, vsum dominiumq; non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate, nec vltra merx vtrumq; sed alterum pretium vocatur.* Quamuis itaq; pecuniæ vsus potissimum ad contractum emtionis, mutui, locati, & id genus alia referatur, nõ ad permutationem, vt ex dispositione, *d.l.1.item.l.vnica.ff.de permutatione. l.1.& tot.tit.C.eodem.* colligere licet, tamen eandem in permutatione non contemnendas partes accommodare, ex præsenti loco edocemur: quam-
33 uis enim permutatio † pretium non recipiat, *l.1.ff.de permut.* tamen de iusta rerum, de quarum permutatione tractetur, æstimatione dubitatur: quam difficultatem pecuniæ, calculus ad ipsas easdem res reuocatus, submouebit: subducto enim, vt Aristotelis exemplo vtar, iusto domus pretio *l.63.pretia rerum.ff.ad l.Falcid.l.si quis.C.de rescind.vend.* item & calceorum, *l.sancimus.C.de administ.tutor.& curat.in fine*, res sui natura satis impedita, facilem exitum inueniet, & ad æqualitatem redigetur. Enimuero calcei vnius pretio semel constituto, si omnes calcei vnius sint formæ & bonitatis, facile fuerit illam quantitatem definisse, quæ cum iusta æstimatione domus respondeat: id enim fieri solet, vel partium conuentione, vel peritorum in illa arte iudicio, *l.2.§.6.ff.si cui plus, quam per legem Falcid.liceat, l.hac edictali, in fine.ff.de secundis nupt.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Hoc autem est reuera quidem indigentia, ipsa, quæ omnia continet. Nam si non indigeant, aut non similiter, nõ	ȣ̃το δ' ὅςι τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, ἣ πάντα συνέχει. εἰ γὰρ μηδὲν δέοιντο ἢ	*Hoc autem re quidem vsus, seu indigentia est, quæ omnia continet. Nam si nulla re egerent homines, aut si erit*

erit permutatio, aut non eadem erit.	μὴ ὁμοίως ἢ οὐκ ἔσαι ἀλλαχὴ ἢ οὐχ ἡ αὐτή.	*non similiter egerent, vel nulla vel non eadem esset pmutatio.*

Hoc autem est reuera indigentia.) Vsu exigente & ipsa necessitate, quod non semper ab illis parati essemus, quæ viuendi ratio exposceret, cōmercia instituta, esse electam materiam, cuius publica æstimatio æqualitate quantitatis, difficultatibus permutationum subueniret, cognoscimus ex *l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, Inst. de emtione † & venditione in principio, item d. l. ff. de cont. emt. & ibidem Budæus, Franciscus. Conan. lib. 7. c. 5. Plinius lib. 33. cap. 3. Tiraquell. de retract. consang. §. 1. glossa 20. n. 9.* 34

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Numus autem ex instituto factus est, vt pro indigentia sit, & propterea nomen hoc habet, quod non natura constet, sed lege. Et in nobis est situm ipsum mutare, atque inutilem facere.	οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην. καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐστί, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβάλλειν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον.	*Sed in indigentiæ locum, ex hominum quasi compacto & cōuento quodammodo successit numus, atq; ob hanc caussam, νόμισμα vocatur a Græcis ἀπὸ τοῦ νόμου, i. e a lege: quia nō natura, sed lege valeat, sitq; in nobis situm eum immutare inutilemq; reddere.*

Numus autem ex instituto.) Idem comprehenditur *l. 1. ff. de contrah. emt.* numum auctoritate publica constitutum, & inde datam formam esse, quod & ipsum nomen, si linguam Grecam spectemus, coarguit: cum a νόμῳ, id est, lege, appellationem sumserit, vt non absurda collectio sit, quam mox subnectit, quod cum numus non natura constet, sed lege, id est, quod æstimationis & æqualis functionis officium eidem auctoritate principum † per leges adscriptum sit, *d. l. 1. c. quanto, de iureiurando l. eleganter. §. si reprobos. ff. de cond. indebiti.* in nobis situm esse, illum mutare, vel vsum ipsius in totum abrogare. Quæ enim natura comparata sunt, illa lege antiquari nequeunt, *§. sed naturalia. Inst. de iure, nat. gent. & ciuili. l. finali. ff. de capit. diminut. l. iura sanguinis. ff. de reg. iuris.* Quæ autem iure ciuili sunt introducta, alio iure tolli vel mutari possunt, possunt idem in numis *c. quanto, de iureiurando, l. creditor. ff. de solution.*

35 (beside "se, quod & ipsum nomen…"); 36 (beside "principum † per leges…")

Translatio Argyropili.

Erit igitur tunc repassio, cum redacta fuerint in æqualitatem, vt quod est ad sutorem agricola, id sit opus sutoris ad agricolæ opus. oportet autem in figuram comparationis rationum ducere, cum permutare voluerint, sin minus alterum extremum excesus habebit vtroq;, sed cum habent sua, sic æquales & socii sunt, quia hæc æqualitas in ipsis fieri potest. Atq; sit agricola quidem a. & alimentum c. sutor autem b. & opus ipsius, quod in æqualitatem iam est redactum d. quod si hoc pacto non esset repassio, non esset sane societas.

Textus græcus.

ἔσαι δὴ ἀντιπεπονθός, ὅταν ἰσαθῇ ὥστε ὅπερ γεωργὸς πρὸς σκυτοτόμον τὸ ἔργον τοῦ σκυτοτόμου πρὸς τὸ τοῦ γεωργοῦ, εἰς σχῆμα δὲ ἀναλογίας δεῖ ἄγειν ὅταν ἀλλάξωνται; εἰ δὲ μὴ ἀμφοτέρας ἕξει τὰς ὑπεροχὰς τὸ ἕτερον ἄκρον, ἀλλ' ὅταν ἔχωσι τὰ αὐτῶν, οὕτως ἴσοι καὶ κοινωνοί, ὅτι αὐτὴ ἡ ἰσότης δύναται ἐπ' αὐτῶν γίνεσθαι, γεωργὸς α, σκυτοτόμος β. τροφὴ γ. τὸ ἔργον αὐτοῦ τὸ ἰσασμένον δ. εἰ δ' οὕτω μὴ νῦν ἀντιπεπονθέναι οὐκ ἂν νῦν κοινωνία.

Translatio Zuuingeri.

Erit igitur tum perpessio mutua & reciproca, cum res fuerint exæquatæ. Itaq; quam rationem obtinet agricola ad sutorem, eandem rationem habere debet sutoris opus, ad opus agricolæ. Sunt autem tū in figura proportionis deducendi, cum permutaturi sunt. Quod si non fiet, alterum extremum vtramq; exsuperantiam habebit. Verum tamen cum suas res habent, ita sunt æquales inter se, ac socii, quia hæc æquabilitas in eis effici potest. Agricola a. alimentum c. sutor b. opus sutoris exæquatur cum alimento D. Quod si hoc modo non liceret vicissim perpeti, seu accipere, nulla societas esset, nulla communitas.

37 *Erit igitur repassio.*) Rursum illustrat exemplo, quomodo proportionis ratio in commutatiua iustitia † iniri debeat, facta comparatione rustici cum sutore, & calcei cum frumento, legumine, aut aliis terræ alimentis. Hic enim eadem cautela adhibenda erit, si veræ societati & æqualitati, rationem constare velimus, vt quæ a sutore, item, ab agricola præstantur, per iustam æstimationem ad æqualitatis caussam reuocemus, vt si subducto calculo alteri quid desit, id ab altero pro conuenienti portione suppleatur.

Trans-

Translatio Argyropili.

Ipsam autem indigentiam continere, vt quiddam vnum hoc sane declarat. Cum enim aut ambo sese non indigent mutuo, aut alter non fit permutatio, sicut fit, cum eius quispiam indiget, quod habet ipse, vt vini, pro quo dat ille triticum exportandum. Oportet igitur hæc redigi ad æqualitatem, quod si nunc indigeat, numus quasi vas intercedit pro permutatione futura, si ipsa indiguerit fore. Liceat enim oportet hunc afferenti accipere. Patitur idem & ipse. Non enim semper æquale potest, attamen magis ipse persistere solet. Idcirco definita sint pretio res omnes oportet, sic enim erit permutatio semper: quæ si erit, societas erit. Numus igitur (vt mensura res ipsas metiendo redigit ad æqualitatem. Etenim neque societas fuerit sine permutatione, neque permutatio sine æqualitate, neq;

Textus græcus.

ὅτι δ' ἡ χρεία συνέχει ὥσπερ ἕν τι ὄν, δηλοῖ ὅτι ὅ ἂν μὴ ἐν χρείᾳ ὦσιν ἀλλήλων, ἢ ἀμφότεροι, ἢ ἕτερος, οὐκ ἀλλάττονται, ὥσπερ ὅταν οὗ ἔχει αὐτὸς δέηταί τις, οἷον οἴνου, διδόντες σίτου ἐξαγωγὴν. δεῖ ἄρα τοῦτο ἰσασθῆναι. ὑπὲρ δὲ τῆς μελλούσης ἀλλαγῆς, εἰ νῦν μηδὲν δεῖται, ὅτι ἔσται, ἐὰν δεηθῇ, τὸ νόμισμα εἶν ἐγγυητής ἐστιν ἡμῖν· δεῖ γὰρ τοῦτο φέροντι εἶναι λαβεῖν· πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο τὸ αὐτό. οὐ γὰρ ἀεὶ ἴσον δύναται. ὅμως δὲ βούλεται μένειν μᾶλλον· διὸ δεῖ πάντα τετιμῆσθαι· οὕτω γὰρ ἔσται ἀεὶ ἀλλαγὴ· εἰ δὲ τοῦτο, κοινωνία. τὸ δὴ νόμισμα, ὥσπερ μέτρον σύμμετρα ποιῆσαν, ἰσάζει· οὔτε γὰρ ἂν μὴ οὔσης ἀλλαγῆς, κοινωνία ἦν· οὔτ' ἀλλαγὴ, ἰσότητος μὴ οὔσης·

Translatio Zuuingeri.

Indigentia autem societatem hominum contineri, tanquã vno quodam, quod vinculi instar sit, ex eo perspici potest, quod vbi aut neuter eget re alterius, aut alter eorum non eget, permutatio inter eos cõtrahi non solet, quemadmodũ cum eius, quod quis habet, alter indiget, vt puta vini, exportãdi frumenti sit potestas. Hoc igitur oportet exæquatũ esse. In p̃mutationem futurã a. si forte re aliqua nunc non egeamus, tunc eius nobis facultatem & copiam fore cum egebimus, veluti sponsor numus intercedit. Oportet n. vnicuiq; eam rem, qua egeat, accipere licere, vbi numum attulerit. Sed idẽ numo quoq; interdum accidit, non n. semp æqualem vim habet. Verumtamen immutabilior ac stabilior permanere solet. Itaque debent esse res omnes æstimatæ. Sic n. rerũ permutatio semper futura est. Quod si erit permutatio, erit & societas. Numus igitur postea, quã veluti mensura res apta quadam cõpositione & conuenientia concordes, inter se & consentientes reddidit, eas exæquat. Nã

æqualitas sine commensura.	*communi* οὔτ' ἰσότης, μὴ οὔσης συμμετρείας.	*neq; si non fuisset permutatio, societas constare potuisset, neq; sine æqualitate permutatiem locus vnquam fuisset, neque sine apta quadam rerum compositione & conuenientia æqualitati.*

38 *Ipsam a. indigentiam.* Suam † cuiusq; necessitatem eo rem deducere, vt quisq; ad commutationis consilia animũ appellat, & tali actu interposito singuli non diuersa, sed vnum consequi videantur, id scil. quo indigebant *l. 1. ff. de contrab. emt. l. si volumtate. C. de rescindend. vendit.* & quantum e diuerso contulissent. Enimuero natura ita comparatum est, vt non laboremus de rebus, quæ quęsitæ nullũ vsum sint præbituræ, *l. mediterranea. C. de annon. & tributis. l. 1. ff. ad municipalem. l. sed an vltro. ff. de neg. gestis*, aut aliis impartiamus, quibus ipsi carere non possimus, *l. præses. C. de seruit. & aqua.* Qua de caussa tunc demum eo curam conuertere solemus, cum aut iam opus habemus illis rebus, quarum desiderio tangimur, aut iudicio & coniectura prospicimus fore, vt dies idipsum exigat. Est autem in omni commutatione † id perpetuum, vt si de ęqualitate ambigatur, numorũ publi-
39 ca æstimatio omnem contentionem dirimat, *l. 3. numis. ff. de in litem iuran. l. 52. Mauius. §. arbiter. ff. familia ercisc. d. l. 1. ff. de contrab. emt.* vt hoc modo societas, quæ homini cum homine intercedit, salua esse possit.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Atq; re quidem vera fieri nequit, vt ea, quæ adeo differunt, conueniant cõmuni mẽsura, attamen indigentia ratione satisfieri potest, vnũ quid igitur esse oportet, atq; hoc ex suppositione. Quapropter numus vocatur, hic enim facit, vt omnia mensura conueniãt, mensurantur enim omnia numo. Sit domus quidem a, vncia autem decem b. & lectica collocetur in c. atq; a. quidem dimidium sit ipsius b. vt pretiũ	τῇ μὲν οὖν ἀληθείᾳ ἀδύνατον τὰ τοσοῦτον διαφέροντα, σύμμετρα γενέσθαι· πρὸς δὲ τὴν χρείαν, ἐνδέχεται ἱκανῶς· ἓν δή τι δεῖ εἶναι, τοῦτο δ' ἐξ ὑποθέσεως· διὸ νόμισμα καλεῖται· τοῦτο γὰρ πάντα ποιεῖ σύμμετρα· μετρεῖται γὰρ πάντα νομίσματι. οἰκία ἐφ' ἧς α, μναῖ	*Res igitur inter se tam dissimiles ac dispares, si verũ quærimus, nulla communi mensura inter se conuenire, nec cohærere possunt, sed quod ad vtilitatem indigentiamq; attinet, satis commode possunt. Quare vnum quiddã exstare necesse est, idq; hominum instituto, & ex cõditione. Quapropter νόμισμα appellatur. Numus n. res inter se dispares apta quadam compositione & domus,*

domus quinq; vncia sint, aut æquale, c. aũt i.e. lectica sit pars decima ipsius b. Patet igitur q lectica domus sint æquales, sunt enim quinq;.

δὲ κα β, κλίνη γ. τὸ δὴ α τ̃ β. ἥμισυ, εἰ πέντε μνῶν ἀξία ἡ οἰκία ἢ ἴσον· ἡ δὲ κλίνη ἢ δέκατον μέρος τὸ γ, τ̃ β· δῆλον τοίνυν πόσαι κλίναι ἴσον οἰκίᾳ ὅτι πέντε.

conuenientia concordes efficit. nihil est n. quod non metiatur numus. Sit domus a. minæ decem b. lectus c. A. igitur dimidiũ B. fuerit, si domus quinq; minarum sit, aut tanti, quanti quinque minæ sunt. C. autem lectus ipsius B. decima pars intelligatur. Perspicuum igitur est, quod lecti domus sint æquales nempe quinq;.

Atq; in re quidem vera fieri nequit.) Docet hoc loco consilio id legislatores assequi, vt quæ, si æstimationem spectemus, sæpe longo interuallo disiuncta sint, tamẽ pecuniæ ministerio exæquentur, cuius pręcipuum sit munus omnia ad legitimam rationẽ reuocare, *l. 1. ff. de contrah emt.* Vnde si tractetur de permutatione domus cum lecticis † ad constituendã ęqualitatẽ, de qua sermo est, certæ pecuniæ quantitas ponenda erit, sint itaq; vnciæ decem, domus autem ad has ipsas vncias reuocata, valeat quinq;, lectica vna vncia, sane non poterimus viã munire ad hanc ipsam æqualitatem, nisi statuamus lecticas quinq; numero, in permutationis caussam deduci, aut si quid desit, vt id pecunia numerata sarciatur. 40

Translatio Argyropili.

Hoc autem modo permutatio erat antea, quam esset numus. Nihil n. differt, siue lectica quinq;, siue pretium quinque lecticarum detur pro domo. Dictum est igitur, quidnam sit iustum atque iniustum.

Textus græcus.

ὅτι δ' οὕτως ἡ ἀλλαγὴ ἦν, πρὶν τὸ νόμισμα ἦ δῆλον· διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἢ εἰ κλίναι πέντε ἀντὶ οἰκίας, ἢ ὅσου αἱ πέντε κλίναι. τί μὲν οὖν τὸ ἄδικον, καὶ τί τὸ δίκαιόν ἐστιν, εἴρηται.

Translatio Zuuingeri.

Sic a. rerum permutationẽ fieri solitã esse, ante numi vsum non est obscurum. Nihil n. interest, vtrum lecti quinq;. an q tanti sit, quanti lecti quinq;, pro domo detur. Quid igitur sit iniuria, quid ius, & quam rationem talio, seu reciproca perpessio ad ius habeat, supra explicatum est.

Hoc a. modo pmutatio.) Nõ pręterit illũ, q vel mediocriter in † bonis auctorib. aut iure nostro versatus sit, pmutationis iura antiq ora esse, q̃ emtionis aut vẽditiõis, qppe q cõtrahi sine numis nulla ratione possit, *§. pretiũ Inst. de ẽt. & vẽd. l. 1. ff. de cõtrab. emt.* Porro pecunia multis seculis, ex quo 41

humanum genus esse cœpit, illiusq; vsum a prudentibus primum excogitatum, & forma publica excusum constat. Porro ex quo numi vicem rerum sustinere cœperūt, effectum quoq; est, vt parum interesset, an rebus, an vero denariis, quod deesset, suppleretur, vt discrimen non sit, an quinq; lecticæ præstentur, an pecunia quæ respondeat. *d. l. 1. ff. de contrah. emt.* quod intelligo si partes consentiant. Nam si actum sit, vt ipsæ lecticæ
42 præstentur, altero recusante non poterit defungi † verum pretium inferendo, sed etiam id, quod interest, sufferre cogetur. *l. 1. ff. de permutat. l. 5. natu: alis. ff. de præscriptis verbis.*

Translatio Argyropili.

His autem determinatis, constat iuris actionem medium inter hæc esse, agere, inquam, ac pati iniuriam. Alterum enim est plus habere, alterum minus.

Textus græcus.

διωρισμένων δὲ τούτων, δῆλον ὅτι ἡ δικαιοπραγία μέσον ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν, καὶ ἀδικεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ, πλέον ἔχειν· τὸ δ', ἔλαττόν ἐστιν·

Translatio Zuuingeri.

His autem distinctis perspicuum est, iustam actionem inter id, quod est facere, & accipere iniuriam, mediam esse. Illud enim plus obtinere est, hoc minus.

Hiis autem determinatis.) Cum excussa Pythagoricorū de talione sententia, quid sibi placuerit, simul etiā quomodo iustitiæ pcepta ad caussam agendi & patiendi deflecti possent, ostendisset, tandem epilogū siue summam eorum, quæ proposita sunt, constituit, omnem vim † & effectū iu-
43 ris, in hoc versari, vt quod medium inter hæc duo extrema sit, tueatur, vt scilicet cum alter plus, alter autem minus habeat, accommodatis partib. suis, rem æquitati restituat, *l. 1. §. 1. ff. de iust. & iure. l. Mauius. §. arbiter. ff familiæ erciscund. l. 71. societatem. §. 1. ff. pro socio, toto titulo. Instit. de off. iud.*

Translatio Argyropili.

Iustitia autem & non eodem modo, quo priores virtutes, mediocritas est, sed quia medii est, hoc est æqui, iniustitia autem extremorum.

Textus græcus.

ἡ δὲ δικαιοσύνη, μεσότης ἐστὶν, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς πρότερον ἀρεταῖς, ἀλλ' ὅτι μέσου ἐστίν. ἡ δὲ ἀδικία τῶν ἄκρων.

Translatio Zuuingeri.

Iustitia porro mediocritas est, non quomodo virtutes superiores, sed quia medii est, iniustitia autem extremorum.

Iustitia

Iustitia autem & non eodem modo.) Exsequitur in hac sectione, 44
quæ dissimilitudo sit, inter mediocritatē q̄ iustitia, parere solet, † & quam reliquæ virtutes, vt hæc medii sit, id est, vt sine consideratione personarum & similium circumstantiarum, hæc iustam rerum æstimationem spectet, & si quid, comparatione facta, huic plus sit, illi minus, id corrigat atque emendet. Porro in aliis virtutibus, vt temperantia, non idem euenit, ibidem enim quid locis, quid temporibus & personis conueniat, attendendum est, fieri enim, *vt ait Diuus Augustinus. c. quisquis, distinct. 41.* vt sine aliquo vitio cupidinis † & voracitatis, pretiosis- 45
simo cibo sapiens vtatur, insipiens autem fœdissima gulæ flamma in vilissimum olus ardescat, & sanius quis maluerit, more Domini pisce vesci, quam lenticula, more Esau nepotis Abrahæ, aut ordeo more iumentorum. Non enim, vt subiicit. *c. quod dicit Dominus, eadem distinct. 41.* interest omnino quid alimentorū sumas, vt succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum, his, cum quibus tibi viuendum est. Neque quantum sumas interest multum, cum videamus aliorum stomachum facilius saturari, & eos tamen illi ipsi paruo, quo satiantur, ardenter & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti & vel ante ora positas epulas, si id in tempore opus sit, cum tranquillitate adipiscere neq; tangere.

Translatio Argyropili.	Textus Græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et iustitia quidem est, qua	καὶ ἡ μὲν δικαιο-	*Præterea iustitia virtus*
iustus dicitur electione acti-	σύνη ἐστὶ καθ' ἣν ὁ	*est, qua homo iustus, aptus*
uus iusti atque distributiuus,	δίκαιος λέγεται	*dicitur, tum ad agendum*
& sibi ipsi ad alium, ac alij	πρακτικὸς κατὰ	*consulto id, quod iustum*
ad alium, non hoc pacto, vt	προαίρεσιν τοῦ δι-	*est, tum ad ius tribuendum*
commodi quidem plus sibi	καίου, καὶ διανεμη-	*& sibi, si cum altero contra-*
tribuet, & proximo minus,	τικὸς καὶ αὐτῷ	*hat, aut alteri cum altero*
incommodi autem contra,	πρὸς ἄλλον, καὶ ἑ-	*contrahenti, non ita, vt sibi*
sed æqui, quod ex compara-	τέρῳ πρὸς ἕτερον,	*plus eius, quod optabile est,*
tione rationum emergit: &	οὐχ οὕτως, ὥστε τοῦ μὲν	*minus alteri & contra, sibi*
alii simili modo ad alium,	αἱρετοῦ, πλέον αὐτῷ·	*minus damni, plus alteri, sed*
iustitia autē cōtraria iniusti-	ἔλαττον δὲ τῷ πλη-	*sibi & alteri, id quod æquum*

νίον· τοῦ βλαβεροῦ δ', ἀνάπαλιν, ἀλλὰ τοῦ ἴσου τοῦ κατ' ἀναλογίαν. ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλον· ἡ δ' ἀδικία τοὐναντίον τοῦ ἀδίκου.

proportione est, tribuat, itemque eum alio obseruet cum alio comparatum, siue contrahente, contra iniustitia vitium est, quo ad id quod iniustum est, consulto, agendum, nobisque & aliis tribuendum, apti sumus.

46 *Est iustitia quidē.)* †Non inelegãter Aristoteles hic iustitiã describit, ꝙ sit ea qua iustus dicitur electione, actiuus iusti, atq; distributiuus, & sibi ipsi ad aliũ, & alii ad alium. Hæc ipsa descriptio Aristotelis non est aliena a definitione Iurisconsulti, *l. 10. ff. de instit. & iure.* quod scilicet sit constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi: explicando singula definitionis membra, *vt suo loco exposuimus.* Quod autem idem mox subnectit, non hoc pacto, vt sibi plus commodi tribuat, proximo minus, incommodi autem contra, sed æqui, quod ex comparatione emergit, pertinet quidem ad illustrationem naturæ, qua prædita iustitia est, *l. 1. ff. si quis caut. c. ex parte. de foro compet. l. Mauius. §. arbiter. ff. familiæ ercisc. l. societatem. §. 1. ff. pro socio,* sed commutatiua, non distributiua, in qua æqualitatem non ex quantitate, sed ex dignitate constitui, idem supra capite tertio declarat.

Translatio Argyropili.

Hoc autem est exsuperatio, & defectio commodi, vel incommodi contra comparationem rationum. Quapropter iniustitia exsuperatio est & defectio, quia est exsuperationis & defectionis. in se quidem exsuperationis eius, quod est simpliciter commo-

Textus græcus.

τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις τοῦ ὠφελίμου ἢ βλαβεροῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον· διὸ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις ἡ ἀδικία, ὅτι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως,

Translatio Zuuingeri.

Hoc autem est, nimium & parum commodi, aut incommodi, a proportione alienum ac disiunctum. Itaque iniustitia est nimium & parum, quia est & eius, quod nimium est, & eius, quod parum, cum quis in sua quidem caussa nimiam rei absolute

dum

dunt, & defectionis eius, quod est incommodum.

ἐστιν· ἐφ᾽ αὐτοῦ μὲν, ὑπερβολῆς τοῦ ἁπλῶς ὠφελίμου· ἐλλείψεως δὲ τοῦ βλαβεροῦ.

vtilis sibi tribuit, inutilis & damnosa parum.

Hoc autem est exsuperatio.) Cum contrariorum contrarii effectus sint & officia, *l. nihil tam naturale, l. omnia, l. fere. ff. de reg. iuris, l. etsi contra ff. de vulg. & pupil. substit. l. finali. §. vlt. ff. de l. 3.* Et iustitiæ cõtumatiuæ proprium sit æqualia tribuere, facile intelligimus, iniustitiæ aliam caussam esse, dum in dispartiendo excedit modum plus, vel minus statuendo, plus in commodis, quæ distribuens maiora in suam personam deriuet, *l. 7. communi. §. cum de vsufructu. ff. comm. diuid.* † aut minus incommodi, 47
cum de assignatione munerum & aliarum necessitatum tractetur. *l. qui granatos. C. de censitis & censitor. lib. 11.*

Translatio Argyropili.

In aliis autem in toto quidem similiter, eius profecto, quod a comparatione rationum exorbitat, vt contigerit.

Textus Græcus.

ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, τὸ μὲν ὅλον, ὁμοίως· τὸ δὲ παρὰ τὸ ἀνάλογον, ὁπολέρως ἔτυχε.

Translatio Zuuingeri.

In aliorum autem negotio generaliter ad eundem modum se gerit, sed quod ad id iniquum, quod a proportionem remotum est, attinet, vtrocunque modo casus tulerit.

In aliis autem in toto.) Hic tacite differentiam, quæ inter iustitiam distributiuam, & commutatiuam sit insinuare videtur, quod defectus 48
& excessus † in iustitia distributiua, collatione totius, scilicet facta comparatione personæ ad personam, rei ad rem consideretur, in commutatiua vt contigerit, id est, quoquo modo accidat, vt res rei æstimationem excedat, *l. si non fuerint, l. societatem §. primo, cum id genus aliis. ff. pro socio.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Iniuria autem minor quidem est, iniuriam pati: maior autem iniuram facere. De iustitia igitur ac iniustitia; quænam sit vtriusque natura, sit dictum hoc modo. Similiter & de iusto vniuersaliter atq; iniusto.	τοῦ δὲ ἀδικήματος, τὸ μὲν ἔλαττον, τὸ ἀδικεῖσθαι ἐστι· τὸ δὲ μεῖζον, τὸ ἀδικεῖν. περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, τίς ἑκατέρας ἐστὶν ἡ φύσις εἰρήσθω τοῦτον τὸν τρόπον. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου καθόλου.	*Iniustefacti autem cum duo sint extrema, minus extremum iniuriam accipere est, maius autem iniuste facere. De iustitia igitur & iniustitia, quænam sit vtriusq; natura, hoc modo dictum sit, itemque de iusto & iniusto vniuersim.*

Iniuria autem minor.) Quem sensum hæc verba admittant, non puto expeditum esse, si iniuria est iniuriam pati, necesse erit, vt iniuria sit contemnere, vel remittere iniuriam, contra † definitionem, *l. 1. si quis*
49 *Imperatori maledixerit, item l. imperialis. C. de nuptiis.* Itē contra doctrinam precationis Dominicę, *remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus.* Item, *volenti vt fiat iniuria contra pronuntiatum ipsius Aristotelis, cap. 9. hoc libro,* & regulam iuris, *l. non videntur. ff. de reg. iuris.* Quod cum absurdum videatur, non aliena possit videri illa interpretatio, vt nedum ille peccet, qui iniuriam inferat, sed qui id in alio patiatur, cum illam propulsare debuerit, secundum sententiam Ciceronis, *in libro. de officiis,* quam confirmat Diuus Ambrosius *23. q. 3.* Non in inferenda, nedum † illum esse in vitio, qui facit iniuriam, sed & illum, qui a socio nō repellit iniuriam,
50 cum possit. Interesse autem ex mente Aristotelis inter hæc duo, quod ille maiorem culpam contrahat. Hac expositione admissa eadem opera detergemus labem, qua primam explicationem infectam ostendi, exsistit tamen adhuc nonnullus scrupulus, quod de culpa, quæ in omittendo versetur, nullam mentionem Aristoteles superius fecerit.

DE

DE IVRE CIVILI, HERILI, & Oeconomico, Cap. VI. secundum diuisionem Argyropili.

De iure ciuili, herili, & Oeconomico.

SVMMARIA.

1 *An, semel iniuriam inferens, iniustus vocari possit.*
2 *Quid obtineat si adulterium, vel homicidium commiserit.*
3 *Distinctio auctoris.*
4 *Ius aliud esse ciuile, aliud herile, aliud paternum.*
5 *Differentia inter species supra propositas.*
6 *Ratio, quare respublica legibus potius, quam virorum suffragiis committenda sit.*
7 *Magistratuum officium in quo consistat.*
8 *Quæ præmia iudicibus proposita sint.*
9 *An iustitia, vel iniustitia partes considerare possint circa illa, quæ propria alicuius sunt.*
10 *An dominus in seruum durius consulere possit.*
11 *Distincta esse iura patriæ potestatis, & seruitutis, & quibus ex caussis.*
12 *Difficultas in declarando Aristotele, dum parenti in filium dominium tribuit.*
13 *An pater filium possideat.*
14 *Filium videri partem paterni corporis.*
15 *Non semper inter patrem & filium mutua pietatis officia constare.*
16 *Quam potestatem vir in vxorem habeat.*
17 *Differentia inter patriam potestatem, & ius, quod vir in vxorem habet.*
18 *Cur pater filiam in adulterio deprehensam occidere possit, maritus non possit.*
19 *Iura matrimonij.*
20 *Multas esse caussas soluendæ patriæ potestatis, non matrimonii.*
21 *Diuitias esse domesticæ administrationis scopum.*
22 *An potiora bona matrimonij, item, patriæ potestatis sint, quam Aristoteles definiat.*

23 *Consuetudinem bene faciendi, quem idoneum ad maiora bona reddit.*
24 *Quod sit paternæ pietatis officium.*

Translatio Argyropili.

Cum autem fieri possit, vt iniuriam quispiam faciat, & nondum sit ipse iniustus: qualesnam iniurias quispiam faciens vnaquaque iniustitia iam est iniustus, fur inquam vel adulter, vel latro? an hoc modo nihil interfuerit? Etenim fieri potest, vt quispiam coeat cum muliere sciens, cum qua coit, sed non ob electionis principium, sed ob affectum. Atque iniuriam quidem agit, sed iniustus non est, veluti neque fur, furatus tamen est, neque adulter, adulterium tamen fecit, & eodem de ceteris modo. Quomodo igitur se habet ad ipsum iustum repassio, dictum est antea.

Textus græcus.

Ἐπεὶ δὲ ἔστιν ἀδικοῦντα μήπω ἄδικον εἶναι, ὁποῖα ἀδικήματα ἀδικῶν ἤδη ἄδικός ἐστιν ἑκάστην ἀδικίαν, οἷον κλέπτης, ἢ μοιχὸς, ἢ λῃστὴς, ἢ οὕτω μὲν οὐδὲν διοίσει. καὶ γὰρ ἂν συγγένοιτο γυναικὶ, εἰδὼς τὸ ᾗ, ἀλλ᾽ οὐ διὰ προαιρέσεως ἀρχὴν, ἀλλὰ διὰ πάθος. ἀδικεῖ μὲν οὖν. ἄδικος δ᾽ οὐκ ἔστιν. οἷον οὐδὲ κλέπτης, ἔκλεψε δὲ οὐδὲ μοιχὸς, ἐμοίχευσε δὲ ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς, πρὸς τὸ δίκαιον εἴρηται πρότερον.

Translatio Zuuingeri.

Sed quoniam fieri potest, vt is, qui iniusta facit, nondum tamen sit iniustus, quibusdam iniuste factis, iam iniustus est, in vnoquoque iniustitiæ genere? An vt fur, aut adulter, aut latro? An sic nihil intererit? Namque fieri potest, vt quis cum aliqua muliere rem habeat, sibi nota quidem illa, verum tamen non consulto, sed perturbatione & libidine inflammatus. Facit igitur hic quidem iniuste, sed non idcirco iniustus est. Quemadmodum nec fur est, etiamsi furatus sit, nec adulter, etiamsi adulterium commiserit, itemque in ceteris. Quomodo igitur affecta sit reciproca perpessio, seu talio, ad ius dictum est antea.

Cum autem fieri possit Principio præsentis capitis, videtur certa ratione de iniusto constituere, quod, *lib. 2. cap. 4.* de iusto pronuntiauit, quod qua ratione, qui iusta agunt, non tamen propterea iusti appellandi

landi sunt, eadem ratione,† qui quid per iniuriam facit, non statim
iniustus vocari debeat. Enimuero cum homines simus, impingamus ali- 1
quando necesse est, *c. qualiter & quando. de accusat. l. si se rusu seruum. § si
fornacarius. ff. ad l. Aquil. c. ponderet, c. quia sanctitas, c. domino sancto, di-
stinct. 50.* Sunt tamē nonnulla peccata,† quæ ex vno actu, id consequi vi-
deantur, vt iniusti cēseamur. Nā si furti, adulterii, vel homicidii crimine 2
se quis obstrinxerit, furis, adulterii, vel latronis nomen recusare non
poterit, *l. qui ea mente. ff. de furtis. l. quamuis, C. ad l. Iuliam. de adul. leg. ff.
ad l. Corneliam. de Sicariis. §. & qui hominem.* Vnde poterit illa considera-
tio nonnihil patrocinari, quod distinguendum sit inter illum, qui sciens
& consulto quid agit, & qui impetu † aut inconsulto animi calore 3
quem lædit, aut amore captus adulterium comittat, vt ille iniustus dica-
tur, hic autem tali nomine perstringi non debeat. Qua in disceptatione
quamuis leges nostrę repugnare videantur, quæ ex his caussis quidem
distinguāt, & delicti pœnam certa ratione temperent, iniusti vero no-
men non remittāt, *l. perspiciendum. ff. de pœnis,* tamen recte intellectæ ex-
peditam conciliationē, habituræ sunt. Repetere n. memoria debemus,
ex cap. 1. huius libri, aliam iustitiam vniuersalem esse, specialem ali-
am, qui igitur per iram repentino animi motu aliquem lędit, siue qui ex
caussa libidinis cum muliere commiscetur, is iniustitiam particularem
non committit, sed illam, quæ legitima & vniuersalis est.

Translatio Argyropili.

Oportet autem non latere iustum, quod nunc quæritur, id esse, quod est simpliciter iustum: ipsum inquam iustum ciuile, hoc autem est inter socios vitæ, vt sit sufficientia liberorum, atque æqualium, aut in comparatione rationum consistens, aut in numero.

Textus Græcus.

δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν. ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι, καὶ τὸ ἁπλῶς δίκαιον, καὶ τὸ πολιτικὸν δίκαιον, τοῦτο δὲ ἐστιν ἐπὶ κοινωνῶν βίου, πρὸς τὸ εἶναι αὐτάρκειαν, ἐλευθέρων καὶ ἴσων, ἢ κατ᾽ ἀναλογίαν, καὶ κατ᾽ ἀριθμόν.

Translatio Zuuingeri.

Sed sciendum est ius id, quod quærimus, & simpliciter ius esse, & ius ciuile. Est autem inter eos, qui communitate & societate vitæ inter se coniuncti sunt, homines liberos & æquales, vel proportione, vel numero, vt rerum ad vitam degendam necessariarū copiis per se abundent, nihilque foris requirant.

TT 2

Oportet autem non latere) Cum diuersæ iuris sint formæ, † vna quę stabiliat hominum inter homines communionem, *l. vt vim. ff. de iustit.*
4 *& iure*, alia, quæ patriam potestatem inter liberos tueatur, *§. 1. & toto titulo, Instit. de patria potest.* Tertia, quæ domini imperium in seruos adserat, *l. 1. & 2. ff. de his qui sui vel al. iuris sunt.* Admonet hoc loco Aristoteles, se de iure hactenus differentem intelligendum esse, de iure ciuili, quod ad conseruationem societatis humanę pertineat, vt & ęqualium conueniens sit numerus, & ęqua a se inuicē impetrent, & consequantur.

Translatio Argyropili.

Quare, in quibus hoc non est, inter eos ciuile iustum non est, sed quoddam iustum, & per similitudinem quandam. In ijs enim est iustum, in quibus inter se ponitur lex. Lex autem iis poni solet, in quibus est iniustitia. Iudicium enim diiudicatio est, iusti atq; iniusti. In quibus vero est iniustitia, in ijs est etiam iniuriam facere, sed non in omnibus est iniustitia, in quibus est iniuriam facere. Hoc autem est plus quidem ex simpliciter bonis, minus autem ex simpliciter malis sibi tribuere.

Textus Græcus.

ὥστε ὅσοις μὴ ἔστι, τοῦτο οὐκ ἔστι τούτοις πρὸς ἀλλήλους τὸ πολιτικὸν δίκαιον, ἀλλά τι δίκαιον, καὶ κατ' ὁμοιότητα. ἔστι γὰρ δίκαιον, ἐν οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς. νόμος δ' ἐν οἷς ἀδικία, ἡ γὰρ δίκη, κρίσις τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου. ἐν οἷς δ' ἀδικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐν τούτοις. ἐν οἷς δὲ καὶ τὸ ἀδικεῖν, οὐ πᾶσιν ἀδικία. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ πλέον αὑτῷ νέμειν, τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν, ἔλαττον δὲ τῶν ἁπλῶς κακῶν.

Translatio Zuuingeri.

Itaq; quibus hoc non est, eis inter ipsos non est ius ciuile, sed ius quoddam & ex illius similitudine sic appellatū. Commune enim iure viuntur ij, quibus & lex inter ipsos communis est. Lex autem eorum communis est, quorū & iniustitia est. Iudicium enim, iuris & iniuriæ disceptatio est. Inter quos autem iniustitia locum habet, inter hos & iniuriæ faciendæ locus esse potest. Quibus autem inter ipsos iniuriæ faciendæ locus est, non continuo in iis omnibus iniustitia reperitur: Est autem iniuriam facere eorum, quæ absolute bona sunt, sibi plus tribuere, minusque eorum, quæ absolute mala.

Quare

Quare in quibus.) Cum autem inter patrem & liberos, dominum & seruos, æqualitatis ratio locum non habeat, *d. l. 1. & 2. ff. de his, qui sui vel alieni iuris sunt, l. cum oportet. C. de bonis, quæ lib. l. 1. & toto tit. ff. de obseq. par. & pat. præst.* consectarium quoq; esse ostendit, vt tale imperium ciuili iuri atq; nomini accepto referri non debeat, sed vt statuamus, in tali administratione imaginem quandam ciuilis atq; publicæ moderationis versari. Hoc suum pronuntiatum confirmat † & alio argumento, quod qui iure reguntur, etiam legem agnoscant. *l. omnes populi. ff. de iust. & iure.* legem autem illis scribi solere, qui a iustitia laborent, eo enim iura & iudicia pertinere, vt iustum ab iniusto, licitum ab illicito distinguant, & separent, ne quis ex simpliciter bonis sibi plus, & ex simpliciter malis minus sibi tribuat. Hæc autem in administratione paterna & herili ita locum non habent, vt postea audiemus.

Translatio Argyropili.

Idcirco non sinimus hominem dominari, sed rationem, quia sibi ipsi id facit, & fit tyrannus, magistratus autem custos est iusti, quod si iusti & æqui. Atque quia nihil sibi ipsi plus tribuendum esse censet, si est iustus (ex simpliciter enim bono plus sibi non tribuit, nisi comparatione rationum sit ad ipsum accommodatum) ideo alii, non sibi ipsi laborat. Atq; ob id ipsum alienum bonum inquiunt iustitiam esse, sicut & antea diximus. merces ergo quædam tribuenda est ipsi, honos inquam & præmium, sed qui-

Textus græcus.

διὸ οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν λόγον, ὅτι ἑαυτῷ τοῦτο ποιεῖ. καὶ γίνεται τύραννος. ἔστι δ' ὁ ἄρχων φύλαξ τοῦ δικαίου, εἰ δὲ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἴσου. ἐπειδ' οὐδὲν αὐτῷ πλέον εἶναι δοκεῖ, εἴπερ δίκαιος. οὐ γὰρ νέμει πλέον τοῦ ἁπλῶς ἀγαθοῦ αὑτῷ, εἰ μὴ πρὸς αὐτὸν ἀνάλογόν ἐστι. διὸ ἑτέρῳ πονεῖ, καὶ διὰ τοῦτο ἀλλότριον εἶναι φάσιν ἀγαθὸν, τὴν δικαιοσύνην, καθάπερ ἐλέχθη καὶ πρό-

Translatio Zuuingeri.

Itaq; hominem non sinimus imperare, sed legem aut rationem, quia hoc ille sibi facere consueuit, fitq; tyrannus. Est autem is, qui præest, iuris custos. Quod si iuris, ergo & æqualitatis. Iam vero quoniam, si quis iustus sit, nihilo plus ad eum boni, quam ad ceteros, videtur peruenisse (nõ enim eorum, quæ absolute bona sunt plus sibi tribuit, quam aliis, nisi ex proportione quadam ei debeatur) idcirco alteri laborat, & ob hãc caussam bonum alienum dicunt esse iustitiam, quemadmodum & ante dictum est. Danda igitur ei aliqua merces est. Hæc au-

bus hæc non sufficiunt, ij fiunt tyranni.

τιθεῖν. μισθὸς τις ἄρα δοτέος. τοῦτο δὲ τιμὴ καὶ γέρας. ὅσοις δὲ μὴ ἱκανὰ ταῦτα, οὗτοι γίνονται τύραννοι.

tem est honos & decus. Qui vero his contenti non sunt, hi fiunt tyranni.

Idcirco non sinimus hominem dominari.) Cum homines variis animi
perturbationibus atq; aliis vitiis obnoxii sint, vt ira accensi, odio occæ-
cati, inimicitiis impulsi, gratia victi, sordibus corrupti, metu commoti,
auctoritate sententiæ alienæ adducti, *l. finali. ff. de extraord. cognit. l. cum fi-
liusfamilias. ff. de iudiciis. l. 1. C. de pœna iudicis qui male iudicauit. Instit. de ob-
lig. quæ ex malef. nascuntur. l. finali. C. de iureiurando propter calum. dand. c. 1. de
sentent. & re iud. in 6.* non facile, quid in reipublicæ vtilitatem consulant
aut expediant. Contra leges surdæ, inexpugnabiles, ab omnibus affecti-
bus remotæ, solam iusti atq; innocentis caussam adserant, *l. 1. ff. de iustit. &
iure, l. absentem. ff. de pœnis. c. 1 dist. 4.* & æque pauperis, atque bene numati
hominis tutelam suscipiant. *l. illicitas §. ne potentiores. ff. de off. præsid. leg. nec*
6 *quicquam. §. aduocatos. ff. de off. proconsulis.* recte atq; ordine † pronuntiasse
Aristoteles iudicandus est, qui neget moderandæ reipublicæ potestatem
viuorum suffragiis potius, quam legibus & rationibus, legi cognitis, com-
mittendum. In quam sententiam Imperatores, *l. nemo. C. de sentent. & in-
terloc. omn. iud.* omnibus & singulis iudicibus præcipiunt, vt in pronunti-
ando leges, & legibus conformes rationes, non sententias ab aliis iudici-
bus, imo præfecto prætorio, vel quouis alio, quam maxime dignitatis, la-
tas sequantur, imo, quod magis, se quoq; legibus alligatos profitentur. E-
nimuero cũ leges a magni ingenii & excellentis iudicii hominib. sint ex-
cogitatæ & conscriptæ, & inueterato rerũ vsu cõprobatæ, *l. si quando. C. de
inofficioso testamento,* cõmittendum nobis non est, vt temeritate vnius aut
alterius iudicis, suę caussę aut quęstui seruientis, subuertantur. Cũ vt recte
7 animaduertit Aristot. magistratus propterea institutus † sit, vt se vindicẽ
iusti & æqui præbeat, *l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de officio præsidis, leg. 9. nec
quicquam. ff. de off. proconsulis. l. 1. ff. de off. præfect. prætor. l. 1. & toto tit. C. ne li-
ceat potent. patroc. item l. vnica. C. de his qui potent. nomine, l. vnica. C. quando
Imperator inter viduas, pupillos, & alias miserabiles person. iud. l. 4. in defensor.
C. de defensor. ciuit.* non vt litem alienam in suã rẽ vertat, *l. cum filiusfam. ff.
de iudiciis. item authent. bona damnator. C. de bon. damn. & proscript. l. omnes,
l. iubemus. C. ad l. Iul. repet.* aut sibi plus cõmodi vendicet aut adscribat, quã
aliis.

allis, nisi personæ ratio id decernat. *l.3.§.si præses ff. de munerib & honorib l.1.ff. de albo scriben. c.1. & c solita. de maioritate & obedient.* quod iustitiæ propriũ sit de alieno bono laborare, *l.6.§ fin. ff. de iustit. & iur. l. bona fid. ff. depositi.* vt suo loco supra commonstrauimus. Præmiũ iustitiæ, auctore Aristot. † honos est, quod neq; nos negamus, *l. iustissimos. C. de rector. l.1. C. de consulib. lib.12.* Sed & alia, illaq; potiora, præmia illis proposita esse videmus salus æterna, *l. rem non nouam. C. de iudiciis l. fin. § sic enim. c. de iureiurand. propter calum. dand. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. l. nullis, & l. si quis ad declinand. C. de episcop. & cler.* 8

Translatio Argyropili.

Herile autem paternumq; iustum non idem, sed his est simile. Non est enim iustitia ad sua simpliciter, id autem quod possidetur, & filius quãdiu sit tantillus, & non separatus, vt pars ipsius est patris. Si vero nemo vult lædere, quapropter non est ad seipsum iniustitia. Neq; ergo iustum, neq; iniustum ciuile.

Textus græcus.

τὸ δὲ δεσποτικὸν δίκαιον, καὶ τὸ πατρικὸν, οὐ ταὐτὸ τούτοις ἀλλ' ὅμοιον. οὐ γὰρ ἔστιν ἀδικία πρὸς τὰ αὑτοῦ ἁπλῶς. τὸ δὲ κτῆμα, καὶ τὸ τέκνον, ἕως ἂν ᾖ πηλίκον καὶ μὴ χωρισθῇ, ὥσπερ μέρος αὐτοῦ. αὑτὸν δ' οὐδεὶς προαιρεῖται βλάπτειν. διὸ καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία, πρὸς αὑτὸν οὐδ' ἄρα ἄδικον, οὐδὲ δίκαιον τὸ πολιτικόν.

Translatio Zuuingeri.

Ius autem vel domini in seruos, vel patris in liberos, nõ est idem, atque hæc, sed tamen simile. Neque enim cuique in sua iniustitia locus esse potest absolute. Atqui possessio seu mancipium, & liberi vsq; eo dum parui sint, neque a patre seiuncti partis instar sint. Seipsum autem nemo damno afficit consulto. Non est igitur cuiquam in seipsum iniustitiæ locus. Ex quo efficitur neq; iniuria, neq; iuri ciuili locum esse.

Herile autem paternumq;.) Persequitur quid differentiæ interluceat, inter ius ciuile & domesticum, quod dominus in seruos, aut pater in liberos habeat. Negat n. hæc iura eisdẽ regulis cõsistere, sed quadam similitudine solũ coniuncta esse, duas ita pronuntiandi rationes adfert, vnam, quod † iniustitiæ partes nõ possint cõsiderari in his, quæ propria alicuius sunt, alterã, quod id, quod possidetur, & filius quãdiu sit tantillus, & nõ separatus, sit quodammodo pars ipsi' patris, Primã quidẽ rationẽ cõfirmat: quod iustitia sit cõstãs & perpetua volũtas, ius cuiq; suũ tribuendi, cum a. potestas heri in seruũ nihil aliud sit, quam dominium, *l.215. potestatis. ff. de V.S.* & nihil homini æque 9

commendatum sit, atq; ipse sibi, *l. vt vim. ff. de iustit. & iure. leg. sed etsi quemcunque. ff. ad l. Aquiliam. l. 15. qui aggressorem. C. ad l. Corneliam. de sic.* deinde liberi. *l. sed ista. §. finali. ff quod met. caus.* item sua omnia, *l. praeses. C. de seruit. & aqua.* absurdum videri, quod quis intelligatur seipsum laedere velle.

Accedit & alia consideratio, quod Dominis ius suum illibatum esse debeat, *l. in re mandata. C. mandati. l. 2 ff. de his, qui sui vel alieni iuris sunt.* Sed admittit haec ipsa inspectio certam cautionem, vt ita demum nullam
10 † iniuriam facere intelligatur, si modum in coercendo obseruet, nam si crudelius in illum consulat, vel infami ratione eundem insectetur diuersum obtinebit, *d. l. 2. ff. de his, qui sui vel alieni iuris sunt, l. 1. ff. de emendatione seruorum.* Haec de seruis; in filiis autem, vt principale pronuntiatũ nõ impugnem, ita sane non animaduerto, quo pacto primam rationem, si rem ad iuris normam exigere velim, in tuto collocem, quod non vna, sed multae sint leges & rationes, quas si tendere pergamus, infestas experiemur. Id enim meum, tuum, suum dicimus, quod iure dominii in illa caussa deprehenditur, *l. 37. suos item. l. 58. nuper. ff. de legatis. 3.* Pater in filio nullum do-
11 minium habet, quod distincta † sint iura patriae potestatis & seruitutis, quae dominium parit. *l. 215. ff. de verborum signif.* Secundo, quod repugnet illa iuris nostri definitio, iure naturali omnes homines liberos nasci, *leg. manumissiones. ff. de iustitia & iure.* Tertio, quod aduersetur notissimum eiusdem iuris responsum, ex libero nasci liberos atq; ingenuos, *Inst. de ingenuis.* Quarto, quod reluctetur rescripto Imperatorum, *Dioclet. & Maxim. l. 1. si tis. C. de posthum. reuer.* comprehensa ratio, cuius parenti votum esse, vt iustam atq; liberam habeat sobolem. Quinto, quod reclamet definitio dominii, tradita a nostris interpretibus, *l. 17. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. vel amitt. possess.* de qua copiose disseruimus in nostro tractatu *de acquir. rerum. domin. in princ.* Sexto: quod refellat talem adsertionem illa consideratio, quod proles nostrae nedum liberae sint, verum etiam viuo patre substantiae paternae quodammodo domini sint, vt mortuo patre liberam administrandi rationem consequantur, *leg. in suis. ff. de liberis & posthumis hered. inst.*

Quibus argumentis, & quae eodem pertinent bene subductis, non
12 animaduerto † quo pacto, quod controuersiae inter leges & Aristotelem esse ostendi, componi possit, nisi primam rationem ad serui personam tantummodo deflectamus, aut dictioni suae, contra generale pnuntiatũ.

l. fin.

l. final. C. de sent. & interloc. omn. iud. item. l. iam hoc iure. ff. de vulgari & pupill. substitut. vnum & idem verbum diuersis attributum, *leg. 45. Lucius*, æqualem recipere interpretationem, in seruo propriam, quæ dominii sit, in filiofamilias impropriam quidem, sed non omnino alienam significationem adscribamus, scil. patriæ potestatis. Quæ expositio si non arrideat, omissa conciliandi cura, statuendum erit Aristotelem secutum opinionẽ, quam libro primo Politicorum defendit, existimare, filium iure naturæ patris in seruitute ex caussa dominii esse. Quæ igitur ex duabus sententiis cui sit proponenda, quiuis, qui rem cum iudicio ponderet, ẽt summota auctoritate legis, facile constituerit. In eadem caussa secunda ratio † ab 13
Aristotele allata, saltem pro ea parte esse videtur, qua iure possessionis id fieri contendit. Pater enim filium non possidet, neq; si is ab alio retineatur, interdictum vti possidetis intentare potest, sed cogitur confugere ad interdictum de liberis exhibendis, quod sui iuris tuendi gratia comparatum est. Hic scrupulus minori negotio meo iudicio tolli poterit, quã superior, quod cum in hoc vltimo membro duæ rationes cumulentur, possint singulæ singulis obiectis contribui, vt possessionis caussa ad seruũ referatur, reliqua ratio ad solum filium, quem etiam iure nostro in illa
† conditione esse constat, vt pars paterni corporis censeatur. Offert se in 14
hanc ipsam sententiam, §. *finali. Inst. de noxal. act.* qui Aristotelis rationem egregie confirmet, ad verbum subiicitur: *Sed veteres quidem hoc in filiis familiarum masculis & fœminis admisere: noua autem hominum conuersatio huiusmodi asperitatem recte respuendam esse existimauit, & ab vsu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur filium suum, & maxime filiam, in noxam alii dare, vt pene per filii corpus pater magis, quam filius periclitetur, cum filiabus pudicitiæ fauor hoc bene excludat? Et ideo placuit in seruos tantummodo noxales actiones esse proponendas, cum apud veteres legum cõmentatores inuenerimus sæpius dictum, ipsos filios familiarũ pro suis delictis posse conueniri.*

Translatio Argyropili.

Est enim lege atq; in iis est, in quibus lex esse potest. Qui quidem ii sunt, quibus inest æqualitas imperandi atq; parendi.

Textus græcus.

κατὰ νόμον γὰρ ἦν καὶ ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος. οὗτοι δ' ἦσαν οἷς ὑπάρχει ἰσότης τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι.

Translatio Zuuingeri.

Lege enim ius constare, in iisque locum habere, apud nos legẽ esse cõmunem patitur natura, dicebamus. Hos a. esse docuimus, quib. est inter ipsos imperãdi & parẽdi æqualitas.

Aristoteles videtur innuere, quod & antea attigimus, in caussis domesticis, quæ inter patrem & filium, dominum & seruum, versentur, non esse legi locum, reddidit supra rationẽ, ꝙ nemo seipsum lędere velle intelligatur, & quod quisq; de re sua ꝓ arbitrio statuere possit. Hæ rationes ab Aristot. adductæ, quo tempore ipse floruit, fortasse valuerunt. Ceterum cum legum nostrarum auctores postea experiundo deprehenderent, nõ
15 semper mutua illa pietatis officia † inter patrẽ & filiũ constare, ꝙ essent, qui liberos non alerent, nullam filiabus maturæ ætatis dotem constituerent, sine iusta caussa nouercalibus delinimentis irretiti, aut aliis, illisque prauis affectibus impulsi, propriam sobolem exheredarent, *vt l. si quis a liberis. §. idem in liberis. l. 19. cap. ff. de ritu nuptiarum. l. non est enim. ff. de inofficioso test.* aut contra parentibus inopia laborantibus non subuenirent liberi *d. l. si quis a liberis*, eosdem in testamento aut præterirent aut aperte exheredarent, *l. nam etsi. ff. de inoffic. testa.* vel contumaces atque contumeliosi in parentes se præberent, & ab illo compesci non possent, *l. 3. Cod. de patria potestate.* existimarunt sui officii esse, vt & eo curam suam conuerterent, & quæ antea legibus soluta videbantur, sub earum vincula coniicerent.

Translatio Argyropili.

Idcirco magis ad vxorem iustum esse videtur, quam ad filios, & ea, quæ possidentur. Hoc enim est rei familiaris iustum, verum & hoc, & aliud est a ciuili.

Textus græcus.

διὸ μᾶλλον πρὸς γυναῖκα, ἐστὶ δίκαιον ἢ πρὸς τέκνα, καὶ κτήματα. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον, ἕτερον δ' ἐστὶ καὶ τοῦτο τοῦ πολιτικοῦ.

Translatio Zuuingeri.

Itaq; inter virum & vxorem magis, quam inter patrem & liberos, dominum & seruum, iuris est communitas. Hoc n. ius est, ad tuendam rem familiarem pertinens, ꝙ aliud est a ciuili.

16 *Idcirco magis ad vxorem.*) Quanquam vir in vxorem † multum iuris habeat, *vt constat ex c. mulierem. 33. q. 5.* quo cauetur, mulierẽ viro subiectã esse, *item, l. sicut. ff. de operis libertorum*, vbi comprehenditur, illã debere esse in obsequio mariti, *c. ordo 30. q. 20*, vnde colligimus, ordinem naturalẽ postulare, vt viris fœminæ seruiant: & hinc maritus vxorem suam corrigere potest, paulo procacius aut inuerecundius, quã sexus desideret agentem, *l. consensu. §. 1. C. de repudiis, & authent. lib. seq. c. placuit 33. q. 2.* tamen non † tm̃
17 potestatis in ea sibi adscribere põt, quantum pater in filio, vnde res paraphernales vxoris, ne quidẽ ad vsum fructum vindicare põt, *l. fin. C. de pactis con-*

conuentis. cum diuersa caussa sit patris, *l. cum oportet. C. de bonis quæ liber.* Filius sine patris consensu & auctoritate iudicum suscipere nequit, *l. non solum. §. necessitate,* vxor potest, *d. l. fin.* Iniuriam filio illatam pater potest remittere, *l. 17. §. plane. ff. de iniuriis.* maritus non potest, quod id nusquam cautum inueniatur, & ius quæsitum alteri auferri sine voluntate eius non queat, *l. id quod nostrum.* Cessant in vxore tutelæ, substitutionis, acquisitionis, domesticæ sententiæ iura, quæ tamen omnia in filio sibi pater adscribit, tutelæ, *l. 1. ff. de testament.* tutela substitutionis. *l. 2. ff. de vulgari & pupill. subst.* acquisitionis, vt dũ stipulatur patri filius, *l. quodcunq. ff. de verbor. oblig.* ius domesticæ sententiæ, vt sc. si acriori remedio sit opus, sentẽtiam domi a patre dictã, siue pscriptã, præses ꝓuinciæ ferre cogatur, vt filiam in adulterio deprehensam † occidere possit, *l. patri. l. nec interest. l. ait prætor. ff. ad l. Iul. de adult. l. Gracchus. C. eod. tit.* cũ id marito denegatũ sit, l. *nec ea. ff. eod.* vbi elegans ratio ita constituendi in textu expromitur. Quod patris pietas plerumq; consiliũ ꝓ vita filii capiat: mariti a. impetus facile decernentis fuerit refrænandus. Nõ iniuria igitur Philosophus contẽdit, hanc coniunctionẽ ad caussam ciuilis societatis accedere: idq; eo impensius tenendũ est, ꝙ † inter virũ & vxorẽ præcipua iura ex æquo præstanda esse animaduertamus: sunt n. duæ animæ in corpore vno, *c. gaudemus, de diuortiis, & c. de neptis 32. q. 2.* Debẽt n. non tm̃ mutuã sui sexus cõmiscendi fidẽ liberorũ ꝓcreandorũ caussa, *c. literas. de restitut. spol.* quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas, *l. liberorum. §. sed & Papyrius. ff. de verbor. sig.* verum etiam infirmitatis inuicẽ excipiendæ ad illicitos concubitus euitandos, quandã, q̃ vicissim cõmeet, quodammodo seruitutẽ. *c. quicquid 32. q. 2.* sunt commodorũ & incõmodorum, quæ constante matrimonio se obtulerint participes, *l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matr.* sacrorum atq; diuini iuris sit communicatio, *l. 2. ff. de ritu nuptiar.* eadem vtrisq; domus, lectus, mensa, *c. illud. de præsumt.* mariti honore & dignitate illustratur vxor, *l. 8. fœmina. ff. de senat.* Deniq; cũ multæ sint caussæ soluendæ † patriæ potestatis, pœna metalli, deportatio, *Inst. quibus modis ius pat. potest. sol. l. 1. §. 1. & 2.* dignitas, patritiatus, *§. filius familias, eod. tit.* item alii honorũ tituli, *auth. sed episcop. C. de episc. & de captiuit. §. si ab hostib.* adoptio. *§ admonẽdi. Inst. e. t.* votũ solẽne, *c. 2. de reg.* nulla ex his caussis matrimoniũ dirimit, nõ deportatio, *l. res quæ C. de donat. inter vir. & vx.* nõ pœna metalli. *§. hodie. C. e. t.* nõ dignitas. *c. omnino, dist. 31. c. laici 33. d.* non captiuitas, *c. cũ ꝑ bellicam 35. q. 1. c. 1. c. fin. vt lite non contestata. §. porro, auth. hodie C. de repudiis.*

18 19 20

non adoptio aut arrogatio, *l. si paterfamilias. ff. de adopt.* non professio monachalis, *c. veniens de regularibus. c. accedens, de conuersione coniugatorum, c. sunt, qui dicunt, c. multorum 27. q. 2.*

Hoc itaq; ius Aristoteles a ciuili iure differre constituit, suę sententiæ hãc rationem insinuans, quod tale ius rem familiarem respiciat, quod
21 intelligo, vt & illa conseruetur, & augeatur; diuitias enim domesticæ † administrationis libro primo de republica, *cap. 9.* finem esse pronuntiat, cũ ciuilis moderationis *lib. 7. c. 1. & 2.* item supra *lib. 1. c. 4. & 5. & 6.* longe aliã profiteatur esse, felicitatem: scil. quæ ex conuenienti virtutis functione efflorescat Et quidem si de herili imperio agatur, non puto esse, quod luctemur, quod si de patria potestate & coniugii lege tractetur, vix est, vt
22 tale pronuntiatum admitti possit. † Etenim ex *c. omne, 27. q. 2. item, c. quicquid 32. q. 2.* edocemur, esse potiora nuptiarum bona, proles, fidem, sacramentum. Patriæ autem potestati etiam alium finem propositum esse intelligimus, vt liberi, paternæ disciplinæ, quæ illos in officio continere, & meliores reddere solet, assueti, tanto facilius magistratus legitimũ impe-
23 rium agnoscant, & apti atq; idonei fiant † ad parendi, & vicissim imperãdi occasionem, de qua re disseruimus *in nostro tractatu de vsucap. parte 3. c. 3.* Inter has caussas, rei familiaris tuendæ & augendæ curam haud vulgarem, locum habere concedimus, existimamus tamen illam eo pertinere, vt ipse cum liberis honeste se tueri possit, & post mortem parentis habe-
24 ant liberi, quod † paternæ pietati & diligentiæ accepto referant, *l. cum ratio. ff. de bonis damnat. l. in suis. ff. de liberis & posthumis hered. instituendis.*

CAP. VII. EX DIVISIONE Argyropili.

De iure legitimo & naturali.

SVMMARIA.

1. *An omne ius sit ciuile, vel naturale, vt nullum medium habeat.*
2. *Ius gentium, & ius diuinum, quo referri debeant.*
3. *Iustitia in quot partes diuidatur.*
4. *Naturæ partes.*
5. *Quid sit ius gentium.*
6. *Quomodo ius gentium differat a iure naturali.*

7. *Ani-*

7 *Animalia promiscue in Venerem solui, homines cum delectu & iure matrimonij.*
8 *Quo sensu religio sit iuris naturæ.*
9 *Ius naturæ vbique eandem vim habere.*
10 *Difficultas non exigua, quæ ex tali pronuntiato oriatur, si res ad hypothesin traducatur.*
11 *Plenior sermo, nisi ad sanum intellectum reuocetur, in periculum plerumque incidere solet.*
12 *Iura ciuilia naturale ius perimere non possunt, declarare tamen possunt.*
13 *An solus naturæ ductus in caussa religionis sufficiat.*
14 *Declaratio nihil noui adferre solet.*
15 *Intellectus authentica ex complexu. C. de incest. & inutil. nupt.*
16 *Sermo cum certa qualitate prolatus, sine ea verificari non potest.*
17 *Omnes leges ciuiliter & habita ratione verisimilitudinis, interpretandæ sunt.*
18 *Cur magistratibus, parentibus, patronis, honor deferendus sit.*
19 *Interesse inter tutelam inculpatam, & vindictam.*
20 *An mendacij caussa iure ciuili probetur.*
21 *Ex duobus malis quod minimum est, eligendum esse.*
22 *Diuisionem Ciceronis, dum pactum, item ius æquale, siue par, a natura separat, non vsque probari.*
23 *An verum sit, quod in iure ciuili nihil referat hoc vel illo modo constituatur.*
24 *Considerata quædam legum repugnantia in proposita inspectione.*
25 *Vsucapionem quamuis iuris ciuilis sit, tamen ex multis rationibus naturalibus inductam esse, & quæ illa sint.*
26 *Caussa quare leges rei iudicatæ auctoritatem tueantur.*
27 *In quibus caussis leges a sola voluntate legislatoris pendent, illic non refert, an hoc vel illo modo ferantur, non idem procedit si naturalem rationem coniunctam habeant.*
28 *Tempora, quæ vsucapio & præscriptio definiantur, esse in potestate legislatoris.*
29 *Rei iudicatæ inconcussa auctoritas, nedum tertia, quæ ex appellatione confirmetur, sed etiam prima, vel secunda terminari potest.*
30 *Quæ solemnitates in contractibus iure ciuili mutari possint.*

31 *Non referre an respublica ab initio uni paucioribus, vel toti populo committatur.*

32 *Pactorum fides etiam hosti praestanda est.*

33 *In quibus rebus promiscua sit ratio diuinum numen colendi.*

34 *Cur Brasidae sacra a Lacedemoniis sint instituta.*

35 *Differentia inter festos dies ab Ecclesia, & eos, qui ab imperatore indicuntur.*

26 *Multas esse iuris definitiones iure naturali enixas, quae plane sint inexpugnabiles, idq; variis exemplis illustratum.*

37 *Quae iura naturalia interpretationem, vel varietatem recipiant, & quibus ex caussis.*

38 *An ante septimum mensem perfectus partus nasci possit.*

39 *An post decimum mensem & post mortem mariti, mulier pariens, iustam prolem videatur edere.*

40 *Quamuis in potestate contrahentium sit constituere, quibus mensuris vtatur, tamen post conuentionem voluntate vnius mutari nequeunt.*

41 *Leges ex quo semel placuerunt seruandae sunt.*

42 *Quid obtineat, si de mensura nihil nominatim conuenerit.*

43 *Legislatores in condendis legibus, non solum honestatem, sed & vtilitatem, & conuenientiam, prae oculis habere debent.*

44 *Quamuis ius, si illud in genere spectemus, vnum sit, tamen per infinitos casus se diffundit.*

45 *Interesse inter ipsam iniuriam, & factum iniuriosum, & contra inter ius ipsum & quod iure factum est.*

46 *Argyropilum & Zuuingerum in translatione textus in praesenti quaestione non conuenire.*

Translatio Argyropili.	Textus Graecus.	Translatio Zuuingeri.
Ciuilis autem iusti aliud est naturale, aliud legitimum.	τοῦ δὲ πολιτικοῦ δικαίου τὸ μὲν φυσικόν ἐστι, τὸ δὲ νομικόν	*Ius ciuile autem aliud naturale est, aliud legitimum.*

Ciuilis autem.) Haec diuisio sumta † a caussa efficiente, incidit in difficultatem, quod aliud ius sit, quod gentium, aliud denique quod diuinū vocam⁹. *tato t.t Inst. de iure nat. gent. & ciuili, ut è l. 1. §. pub. & §. priuatū, ff. de inst. & iure, c. publicum dist. 1. c. quae contra, dist. 8. c. imperatores. distinct. 9.*

Sed

re ad amuſſim conſiderata,non eſt ꝙ magnopere conflictemur.Intel-
ligimus n. Ariſtotelem ius diuinum,† & gentium iuri naturali accepto 2
tuliſſe,quod nulla gens ſit,quam natura certa diuini numinis opinione
non imbuerit,adeo, vt Cicero libro.2.*de inuentione*, religionem natu- 3
ræ adſcribat,dum iuſtitiam † diuidit in naturam, legem,conſuetudi- 4
nem,pactum,par, & iudicatum:naturæ autem ſex partes † conſtituit,
religionem,pietatem,gratiam,obſeruantiam,veritatem. Noſtri autem
Iuriſconſulti religionem a lege naturæ profluere profitentur.*leg.2.ff. de*
iuſt.& iur. Quę etſi prima facie pugnare videantur,† tamen ſi ad normã
veritatis exigantur,plane conuenient.Eſt enim ius gentium, quod na- 5
turalis ratio inter omnes homines conſtituit, *l.omnes.ff.de iuſtit.& iure.*
Multiſque in locis ius naturale vocatur,*vt §. ſingulorum. Inſtitutis. de rer.*
diuiſion. in hæc verba, *ſingulorum autem hominum multis modis res fiunt.*
Quarundam enim rerum dominium nanciſcimur,iure naturali, quod (ſicut
diximus) appellatur ius gentium:quarundam vero iure ciuili.Commodius eſt
itaque a vetuſtiore iure incipere. Palam eſt autem vetuſtius eſſe ius naturale,
quod cum ipſo genere humano rerum natura prodidit. Ciuilia autem iura
tunc eſſe cœperunt,cum & ciuitates condi, & magiſtratus creari,& leges ſcri-
bi cœperunt §.per traditionem.eod. tit l.hoc amplius, §. is natura.ff. de regul.
iuris. Differt autem a iure † naturali eo nomine, quod hoc hominibus
proprium, illud cum ceteris animantibus commune ſit,*d.l. prima, §. ius* 6
naturale,item.§.ius gentium, Inſtit.de iure nat. & gent. & ciuili. Eſt tamen
meo iudicio illa diſſimilitudo,quod in animantibus reliquis deprehen-
datur tale factum inſtinctu naturæ, in hominibus pręter factum,& hos
naturæ ſtimulos,ratio naturalis;quæ hunc ipſum naturæ ductum paulo
aliter moderetur. Eſt inter marem & fœminam quædam corporum
coniunctio,& naturæ conſuetudo,prolium procreatio, fœtus & par-
tus educatio,vel conſeruatio,ſed hoc diſcriminis inter homines & cete-
ra animalia eſt,† quod hoc impetu,& vt plurimum promiſcue in Vene- 7
rem ſoluuntur atque ruunt,homines cum delectu,& iure matrimonii.
Idẽ obtinet in procreatione,& educatione, vt hęc cæco naturæ impul-
ſu faciant, homines autem ratione.Quę de religione dicta ſunt,intelligi
debent,de† certo naturalis rationis ductu,quo Deum eſſe illumq; præ- 8
terea colendum colligimus.Quæ autem ad veram & perfectam Dei co-
gnitionem, itemque formam religionis pertinent, illa in reuelatione
diuina & ſacra ſcriptura conſiſtunt.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et naturale quidem est, quod vbiq; vim habet eandem, & non quia videtur, vel non videtur.	φυσικὸν μὲ, τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν, ἢ μή.	*Naturale, quod vbique gentium idem valet, non quia ita vel decretum sit, vel non decretum.*

Et naturale quidem.) Quod naturalia iura vbique eandem vim
9 habent, legislatores † nostros quoque non fugit, *§. finali. Instit. de iure naturali gentium & ciuili*, cuius formam exhibeo. *§. Sed naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræque abseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atq; immutabilia permanent. Ea vero, quæ ipsa sibi, quæq; ciuitas constituit, sæpe mutari solent, vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata. item l. finali. ff. de capitis diminut. l. iura sanguinis. ff. de reg. iuris.*

10 Sed si rem ad hypothesin deflectere velimus, † imo si membra naturæ ex Cicerone supra in medium adducta, & iure nostro etiam confirmata, *vt l. 2. & 3. & 4. ff. de iustitia & iure, l. 25. sed etsi. §. consuluit. ff. de petit. hereditatis, l. 2. ff. de in ius vocando, l. Iulianus. §. 1. & 3. ff. de actionibus emt. & vend.* explorare, & ad viuũ resecare velimus, vix vllum erit, cui secure inniti quis possit. Principio enim animaduertimus non esse vbique eandem religionem, cum aliter sentiant Turcæ, Persæ, Saraceni, Indi, Garamantes, imo cum dissideant inter se Christiani. Eadem labe infecta caussa est pietatis, cum liberi aliquando non sint alendi, *authent. ex complexu. C. de incest. & inutil. nupt. l. si quis. § idem iudex ff. de liberis agnoscend.* Et pręterea ex multis caussis a patre exheredari possit, *nouell. 115. §. aliud autem capitulum.*

Idem dici de gratia & obseruantia potest, quod nulla remedia sint proposita, quibus ad officium compelli possint, qui accepta beneficia, pari beneficio non sarciant, aut dignitate, doctrina, ætate antecedentes homines congruenti honore non prosequantur. Non minus, quam reliquę vindicationis caussa periclitatur, quod vim a parente, *l. aut facta. §. 1. & 2. ff. de pœnis, l. 70. preterea. ff. de iniuriis*, patrono *l. nõ solum. §. quanquam. ff. eod. titulo*, a magistratu, *l. continet. ff. quod metus caussa gestum.*

sa gestum est, etiam Aristotele teste, *supra capite proximo*, non liceat vi repellere, quod denique nulla ratione permissum sit, vt vllam vim vindictæ nomine intentemus, *l. scientiam. ff. ad l. Aquil. l. non est singulis. ff de reg. iuris.* Quid de veritate dicã, q̃ tantum abest, vt omnibus cordi esse experiamur, vt auctoritate legum facultas mentiendi aliquando munita videatur, veluti cum pronuntiant in pretio emtionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire, *vt l. 16. in caussa. §. idem Pomponius. ff. de minoribus in integ. rest.* Item quod illa, quæ commendandi caussa in venditionibus dicuntur, venditorem non obligent, *l. ea quæ. ff. de contrah. emt.*

His similibusque subductis plus negotii mihi contraxisse viderer, quam vt facile expedire possem, & plane lubrico loco me constitisse faterer, nisi animaduerterem, quæ præsenti in sectione commemorata sunt, eadem Aristotelem, *infra. in §. verum hoc non ita*, mollire & interpretari, & recte. Solet enim pleniorem sermonem, ex periculosa libertate diffluentem, † nisi suis septis coerceatur, & ad sanum intellectum reuocetur, multa rerum sequi absurditas. Qua de caussa etiam vlteriorẽ 11
explicationem, quæ naturæ dogmata nullam declarationem recipiant, quæ contra eandem non aspernentur, in eundem. §. differemus. Ceterũ ne motæ difficultati & hic defuisse videamur, ita rem digerendam esse existimauimus, vt statuamus regulariter verum esse, iura naturalia non mutari, idque securius procedere, si de iure ciuili quęratur: † ciuilia enim iura naturalem rationem non possunt perimere, *d. l. finali. ff. de capit. diminut. §. fin. Instit. de iure natural. gent. & ciuili.* Sed habet hæc definitio etiam modum & declarationem suam, quoad sunt aut manent naturalia, vt de coniugatis pronuntiare solemus, illa eandem vim habere, quatenus coniugata sint, *l. 1. §. 1. ff. de tutelis & Inst. de tutel: in princip. & §. primo.* Religio si de opinione, cura, & ceremonia superioris cuiusdam naturæ quęratur, est iuris naturalis: nulla enim gens tam fera, adeo barbara & aliena, ab hoc naturæ ductu deprehendetur, quæ non aliquam de Deo opinionem conceperit, cultuq; dignum existimet. Porro si de vera † fide 13
tractetur, alio magistro, qui illos erudiat, & clariori luce, quæ eosdem illustret, opus erit, quæ proprias naturæ vires excedat, euangelicæ sc. veritatis, atq; reuelatione diuini numinis. Pietatis caussa, quæ a parentibus filiis debeatur, siue de educatione, siue de institutione agatur, iure ciuili mutari non potest, propter mox relatam enuntiationem, ciuilia iura tã-

XX

tum potestate sua non cõplecti. Qua in re leges a nobis allegatæ negotiũ non faciſſent, q; non tã diſpoſitionẽ, q̃ declarationẽ contineant. Declaratio autem nihil † noui adfert, ſed id, quod eſt, detegit, *l. heredes palã. 21. §. 1 ff. de teſtamentis, l ſicut. §. & ſiquidem. ff. ſi ſeruitus vindicetur. aut ad alium pertinere negetur.* Quod leges in illa conditione ſint, apparet, ꝙ loquantur de liberis ingratis, quibus nec hereditas, nec alimenta ex conſtitutione eiuſdẽ iuris naturalis debentur, *l. cum apertiſſime. C. de ſecundis nuptiis.* Nihil igitur ſibi vendicat hic ius ciuile, ſed q̃ conditionẽ ius naturale coniunctam habet, ediſſerit, ꝙ & in iureiurando euenire animaduertemus, vt non obliget, ſi conditioni nõ pareatur, aut illa pars, quæ deſiderat ab altera ſacramenti ſidẽ, contra illã prior verſata ſit, *c. 3. de iureiurando.* Nõ excutiet nos de huius † explicationis curſu, *authent. ex cõplexu*, quæ negat liberos ex nefariis, inceſtis, vel damnatis nuptiis procreatos, a patre, aut vt verba, ipſius nouellę conſtitutionis, *89. §. finali*, concepta ſunt, a parentibus alendos eſſe. Nouellæ verba ita ſe habent.

14

15

Vltima ſiquidem nos pars legis exſpectat, vt ipſa competentem ſuſcipiat ordinem, & enumeremus, qui neque ipſo naturalium nomine digni ſunt. Primum quidem omnis, qui ex complexibus (non n. hoc vocamus nuptias) aut nefariis, aut inceſtis, aut damnatis proceſſerit, iſte neq; naturalis vocatur, neque alendus eſt a parentibus, neq; habebit quoddã ad præſentem legem participium. Ipſa authentica ab Irnerio in C. translata, paulo aliter compoſita eſt. Ex cõplexu nefario, aut inceſto, aut damnato, liberi nec naturales ſunt nominandi, omnis paterna, ſubſtantia indigni beneficio, vt nec alantur a patre. Nõ puto illũ nouellæ cõſtitutionis ſenſum eſſe, quẽ præcipui ex noſtris interpretibus ex eadẽ eliciunt, nõ patrẽ, nõ matrẽ, nõ ceteros parentes teneri, vt ita quęſitis, q̃ ſunt ad viuendũ neceſſaria ſuppeditent. Magna n. rerum abſurditas tã durã interpretationẽ conſecutura videtur, vt hominibus, a quib' nihil humani alienũ eſſe debet, contra definitionẽ, *l. 6. ff. de ſeruis exportandis*, tã inhumana, conuenire dicamus. Deinde vt eoſdẽ ſoluamus lege, qua omnia animantia obſtringi intelligimus, *leg. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iure. Inſtit. de iure naturali, gen & ciuil. in principio.* Tertio, vt cõtra legẽ diuinã, quę omne homicidiũ exſecratur, & pari ſupplicio vlciſcitur, parricidiũ impunitũ eſſe velimus. Necat n. ex eiuſdẽ noſtri iuris teſtimonio, infantẽ, qui alimonia denegat, *l. 4. ff. de agnoſcendis, vel alendis liberis*, quæ & ipſa oculis ſubiecta, rei indignitatẽ ex comparatione coarguit: *Necare*, ait IC. *videtur non tantum is, qui partum præfocat, ſed & is, qui abiicit.*

& qui alimonia denegat & is, qui publicis locis, misericordiæ caussa, exponit,
q̃ ipse non habet. Hæc & similia, q̃ in eandẽ sententiã perpendi potuerũt,
fortasse Irneriũ in illã mentẽ impulerunt, vt contra fidẽ textus negaret
illũ a patre alendũ esse, ꝙ diuersa ratio matris esse videatur, *argumento*
l. si qua illustris. C. ad senat. Orfit. Sed nõ animaduertit Irnerius, dũ sibi ab
vna impressione cauet, se locum præbere multo infestiori. Pater qui hu-
iusmodi consuetudine se funestat, itẽ & mater, omnibus bonis ex con-
demnatione exsuitur *Authent incertas, eod tit.* Lex autẽ naturæ est, nu-
do nihil eripi posse, aut vllã dandi necessitatẽ irrogari posse, *l. tradit. ff. de*
rer. domin. Siue igitur de persona patris, siue matris disceptemus, inanẽ
operã impendere videbimur. Qua de caussa paulo aliter rẽ digerendam
esse censeo, vt verbũ, parentibus, generaliter accipiamus, de omni pa-
rente, patre & matre, si forte propter ignorantiã vel ætatẽ, *l. si adulterium*
incestu. ff. ad d. l. Iuliam. de adult. §. nonnunquam. §. & iidem Pollioni, pœna
incestus remittatur, deinde de auo, aut proauo, *s. l. si quis a liberis. ff. de libe-*
ris agnoscendis. §. verum, item. §. item diuus Pius. Itẽ illis, qui personã parẽ-
tum sustinent, vt fratres in casu *authent. licet. C. de natural. liber.* Et alii
successores, *l. 1 & tot. tit. ff. de vent. in possess. mitt.* vt sc. tales proles non co-
gantur alere, eo iure, quo filios iustos, *arg. d. l. si quis a liberis. §. idem rescrip.*
ff. de liber agnoscend. Aut ẽt naturales, i. e. ex concubina, quæ tñ vxor esse
potuisset, natos, *d. auth. licet, & d. Nou. 89. §. discretis,* si hæc ipsa cap ita cõ-
feramus cum. *§. fin. ead. constit.* Porro nõ præterit, vel mediocriter † in dia- 16
lectica, vel ẽt iure nostro versatũ, ab enuntiatione, quę ex certa qualitate
circumscripta sit, non posse vniuersalẽ & hoc ipso vinculo solutã orati-
onẽ conflari, *arg. l. si pater. §. qui duos ff. de adopt. l. si ita stipulatus. §. Chryso-*
gonus. ff. de verbor. oblig. l. procurator qui pro euictione. ff. de procuratoribus,
Nicolaus Euerardus in locis legal. in loco, de tanquã, sine respectiuis. Colle-
ctio itaq; vitiosa esse videtur, ex damnato coitu procreati liberi nõ habẽt
illã prærogatiuã, q̃ naturales, vt ex testamento, vel ab intestato, eo modo,
qui *d. §. discretis,* comprehenditur, succedant, item vt a [illegible]rentibus, item
legitimis parentum filiis ali debeant, Ergo nullo mod[illegible]ndi sunt. Et-
enim repugnat ius naturale, cuius peritia omnia ani[illegible]tia censeri vi-
demus. *Instit. de iur. nat. gent. & ciuili. l. 1. §. ius naturale,* reclamat definitio,
l. necare ff. de liberis agnoscend. ꝙ ille necare intelligatur, qui infanti ne-
cessaria subtrahat. cũ autẽ nedũ legibus, sed omni dispositi[illegible]illũ sensum
accõmodare debeam', quẽ legislatores † & contrahentes de intellectu & 17
interpretatione verborũ suorũ interrogati, verisimiliter ꝓbatur vide-
ani, *l. tale pactũ. §. si. ff. de pact.* ita & in præsenti *auth. idẽ quoq; ãplecti debem'*

Persuasissimum enim mihi est, conditorem Nouellæ Iustinianum, nullo modo in tam crudelem sententiam erupturum fuisse, vt negaret talem partum, saltem vt hominem alendum: Sane iure Canonico dubium non est etiam his liberis, illam, de qua quærimus humanitatem, deberi, *c. cum haberet. de eo, qui illam duxit, quam polluit per adulterium.*

Hæc de pietate. Si gratię aut obseruantiæ officia non constent, nō semper, quod natura rei legum vincula vsquequaq; non admitteret, sed tamen multis in caussis partes suas leges accommodant, vt apparet ex *l. finali. C. de reuocandis donat. l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, l. 2. ff. in ius vocati vt eant. l. 2. & 3. C. de patria potestate. l. sacrilegij. C. de sacrileg. c. solitæ. de maiorit. & obed. l. non solum. §. quanquam ff. de iniuriis.* Summe † enim
18 ad conglutinandam hominum inter homines coniunctionem pertinere arbitrati sunt, vt magistratibus, parentibus, patronis, & aliis sua auctoritas constaret, *l. obseruandum. ff. de offic. præsid.*

Vindicatio, quoad inculpatam corporis tutelam continet, non potest intelligi denegata, sed vindicta, † quæ vltionis con-
19 silio suscipitur, vt si vulneratus quis auctorem eius fugientē insequatur, & eundem assecutus pari ratione male accipiat, *d. l. scientiam. ff. ad l. Aquiliam.* Porro inculpata tutela dici non potest, si quis magistratum lege agentem, aut similes personas repellat, *l. continet, ff. quod met. caussa gest. est.* Mendacii caussa iure nostro, † nunquā probatur, vt constat ex *d. l.*
20. *quæ commendandi, item l. finali. ff. de rei vindicat. c. primo. c. qualibet 22. q. 2.* Sed ne ex minimis caussis rescindantur contractus, & dirimantur commercia, *l. non omnia. ff. de minor. in integ. rest. l. ratas. C. de rescind. vend.* tolerantur quædā † incōmoda, ad quæ nisi cōniueam' grauiora mala incessere necesse est, *d. l. non omnia.* Est n. nedum iuri nostro, sed & ipsi Aristoteli
21 *c. 1. hoc libro.* probata illa regula, ex duobus malis, ꝙ minimum sit, eligēdū esse, *l. quotiens. ff. de reg. iuris. c. Nerui. dist. 13.* His pro adserenda Aristotelis sententia ita subductis, admonendi videmur, ius naturale inter tam angustos fines, quibus Cicero illud circumscripsit, nō consistere. Enim-
22 uero & pacti fides † naturali æquitati accepto ferri debet, quod Vlpian' de edicto pra[illegible], de pactis, *l. 1. ff. de pactis.* loquendo profiteatur, illius edicti æquitate[illegible] esse naturalē, quod nihil humanę fidei æq; conueniat, quam seruare ea, quæ placuerunt. deinde ꝙ idē in illo iuris membro, ꝙ par idem Cicero appellat, eueniat. Nā talem iuris moderationē easdem leges ēt naturæ expensam ferre animaduertimus, *vt l. secundum naturā. ff. de regulis iuris, l. 1. & toto titulo, quod quisq; iuris*, vt reliquę sint solæ tres partes, lex, consuetudo, & iudicatum, de quibus mox commodius.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Legitimum autem, quod a principio quidem nihil refert, sic, an aliter habeat, cum vero positum fuerit, refert.	νομικὸν δὲ ὃ ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐδὲν διαφέρει, οὕτως ἢ ἄλλως. ὅταν δὲ θῶνται διαφέρει.	*Legitimum autem, quod ab initio, hoc, an illo modo fiat, nihil refert, cum constitutum fuerit vero, tunc demum refert.*

Legitimum autem.) Constituit Aristoteles, id ius legitimum esse, quod a principio hoc, an illo modo fiat, nil refert; cum vero constitutum 23 fuerit, tum demum refert. Hoc Philosophi † responsum videtur adserere caussam & sententiam Iacobi Zabarellæ, *libro de naturalis scientiæ constitutione, capit 33.* existimantis, iurisprudentiam, quam Iurisconsulti nostri seculi profitentur, nulla censeri ratione. Ceterum cum ius nostrum pro insigni parte constet ex iuris gentium cunabulis, & quod nerui in argumentis ipsius Zabarellæ esse possit, peculiari in disceptatione inciderimus, non puto vlteriori confutatione opus esse.

Plus negotii itaq; & pulueris, qui exhauriendus sit, illa quæstio exhibebit, quod legitimum ius sit, illud, quod non referat, hoc, an illo modo constituatur. Pugnant enim in hac † ipsa inspectione leges, ipsę nō- 24 nullæ, quæ prædicent, non omnium, quæ constituta sunt, rationem reddi posse, neq; esse inquirendam, ne multa ex his, quæ certa sint, subuertātur, *l. 20. & 21. ff. de legibus. l prospexit. ff. qui & a quibus*, aliæ, quæ negent vllam legem ratione destitutam subsistere, *l. non dubium. C. de legibus. cap. 3. dist. 1. item cap. erit. dist. 4. leg. scire leges. ff. de leg. l. nominis. ff. de verborum sign. §. finali*, adeo, vt ratio & augeat dispositionem legis, *l. regula. ff. de iuris & facti ignorantia. §. finali. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. l. a Titio. ff. de verborum oblig. l. nomen. §. finali ff. de leg. 5.* & contra suis terminis coerceat, *l. ita depositioni. ff. de administ. tut. & curat. l. milites agrum. ff. de re militari, l. adigere, §. quamuis. ff. de iure patronatus. l. hac actio. ff. de calumn. l. si is, qui animo. ff. de acq. & amitt. possess. l. sub prætextu, l. generaliter. ff. de episcopis & clericis. l. finali. C. quibus non obiicitur longi temporis præscript. l. 1. ff. de testament. milit.* & hæ infringere Aristotelis pronuntiatum, illæ autem confirmare videantur, non potest intelligi plana atque inoffensa via, qua illa, quæ vtrimque

XX 3

implicata videmus, expediamus. Enimuero, vt exemplis rem illustremus, † vsucapio & præscriptio iuris ciuilis beneficio adscribi debent, *l. 1. C. de transf. vsucap. Inst. de vsucap. in principio.* Porro non animaduerto, quo pacto quis secure contendere possit, non referre, instituta fuerit vsucapio, an nullo modo, quod tam multas rationes, quæ illam suaserint, coniunctas habeat, quod certa & indubitata possessio nemini debeat auferri, *Inst. de vsucap.* quod expediat, vt dominia rerum sint certa, *l. 1. ff. de vsucap.* vt litium aliquis finis sit, *l. finali. ff. pro suo,* vt immortali timore euictionis semel liberemur, *l. cum notissimi. Codic. de præscript. 30. vel 40. annorum*, quod sufficiat dominis ad inquirendas res suas, constitutum lege spatium, *dictl. l. 1. ff. de vsucap.* quod tanto tempore nihil mouendo, videantur tacite ius suum abdicare, *leg. alienationis. ff. de verborum signification. l. ab eo. Codic. de sentent. & interlocut. omn. iudicum. l. finali. Codic. de sentent. quæ sine certa quantitate proferri, l. sub specie. Codic. de postul.* quod deniq; post prolixum temporis interuallum, neq; actis fides, neque documentis integritas, neque testibus ætas suppetere aut constare possit Nouella 111. Idem de re iudicata dici possit, cuius auctoritatem leges nostræ † tuentur, *leg. prim. ff. de re iudicat. l. prim. & toto titulo C. eodem.* Atquin sine conscientiæ scrupulo, profiteri non possumus, nihil interesse, quid leges ab initio, de sententia an non seruanda disposuerint, cum iudex secundum fidem rei gestæ, & apud se probatæ pronuntiare, *l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid.* & naturam rei atque æquitatem semper ob oculos habere debeat, *toto titulo Inst. de offic. iudicis. l. placuit. C. de iud. l. rem non nouam. seq. cum authent. eod. tit.* Cum itaque is declaret, quid verum, quid denique iustum sit, aut id saltem ipsius officio incumbat, *l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vind. l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si seruitus vindic. vel ad al. pertin. neg. l. si fundus. §. in vindicatione. ff. de pig.* Neque enim quid aliquando fiat spectamus, *l. 1. ff. de appell.* sed quid fieri debeat, *l sed licet. ff. de officio præsid. l. nemo. C. de sent. & interlocut. omn. iud.* magna absurditas illam sententiam consecutura videbitur, si adseramus potuisse legislatores rei iudicatæ auctoritatem tribuere, vel non tribuere. Idem in multis aliis remediis, quæ iure ciuili comparata sunt, obseruari potest. Qua de caussa, vt obicem tam infestum submoueamus, certa distinctione vtendum statuo. Largiter referre, an quæ † lege comprehenduntur, a sola voluntate constituentis pendeant, an vero coniun-

ctam

ctam habeant naturalem rationem, illic enim non referre, quomodo quid constituatur, hic autem referre. Etenim, vt ad exempla a nobis proposita redeamus, si de vsucapione & præscriptione, an illæ probandæ, an non sint, tractemus, non arbitror, illas in ea caussa esse, vt promiscua, & omni offensione carens sit facultas, eas admittendi, aut repudiandi, quod tam multæ sint rationes, quæ, vt supra non dissimulauimus, aduersentur.
Quod si de tempore, quo vsucapio † aut præscriptio definiri debeat, quæ- 28
ratur, integerrimam legislatori potestatem, vt idem pro arbitrio suo cõstituat esse putamus. Inde euenit, quod vsucapio, quæ anno antea, in rebus mobilibus, in immobilibus biennio terminabatur, nunc ad triennii vel decennii, vel viginti curricula prorogata sit, *l. 1. C. de transform. v-*
sucap. Inst. de vsucap. in princip. Eadem conditio † rei iudicatæ est, vt si du- 29
bitetur, an auctoritas ipsius lege tolli possit, non facile assentiamur, quod fundamenta, quæ a nobis iacta sunt, diuersum arguant, quod si vero in disceptationem vocetur, an prima, secunda, tertia sententia, quæ ex appellatione ferri solet, id impetrare debeat, id esse meri iuris positiui, quod mutationem recipiat, statuamus, *l. 1. C. ne liceat in vna eademq; caussa tertio prouocare.*

Pari ratione solemnia stipulationis animaduertimus, tolli & re-
uocari posse, *l. omnes. Codic. de contrahend. & committend. stipul.* † & effe- 30
ctum actionis, quod & ipsa sit iuris ciuilis, *leg. secund. §. deinde. ff. de origine iuris,* non idem tamen in aliis effectibus, quæ a naturali ratione pendent, probabimus, *arg. leg. prim. ff. de pactis. & §. finali. Instiut. de iure naturali gent. & ciuili.* Septem in testamento testes sunt definiti, non negamus tamen posse comparari, vt pauciores sufficiant, *arg. l. si non speciali. Codic. de testamentis. l. 2. Cod. de test. aper. l. 1. & toto titulo. ff. de testament. militum. l. hac consultissima. C. de testament. l. omnium. & l. sancimus, eodem titulo.* Eadem de iudicii solemnitate, & omnium pene contractuum, atque aliarum rerum, vt postulationis, electionis, operis noui nuntiationis, legis, consuetudinis dici possunt, quatenus ex solo arbitrio constituentium metienda sit, *authent. offeratur. C. de litis contest. auth. qui semel. C. de sentent. & interlocut. omn. iudicum, leg. omnes, C. de contrah. & committend. stipul. authent. sed nouo iur. C. si certum petat. auth. si quando. C. de const. pecunia. capi. quia propter. de electon. l. 5. §. si quis ff. de oper. noui nunt. leg. humanum. C. de legibus.* Hinc etiam edocemur, ab initio non † interesse, an 31

respublica, vni, paucioribus, vel toti populo committatur, *l. 2. §. 1. §. exactis, §. deinde quia difficile. §. nouissime. ff. de origine iuris.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuingeri.
Quale est mina captiuos redimi, vel capram diis, sed non duas oues mactare, & etiam ea, quæ de singulis lege iubentur, vt sacra Brasidæ facere, & quæ publicis decretis instituuntur.	οἷον τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι, ἢ τὸ αἶγα Διῒ θύειν, ἀλλὰ μὴ πρόβατα, ἔτι ὅσα ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα νομοθετοῦσιν. οἷον τὸ θύειν Βρασίδᾳ καὶ τὰ ψηφισματώδη.	*Quale est illud, mina captiuum redimere, aut illud, capram Ioui immolare, non oues, præterea leges omnes, quas de rebus singularibus fecerunt, vt Brasidæ facere sacra, & quæcunq; a populis scita & decreta sunt.*

Quale est mina.) Exemplis explanat, quæ iura talem varietatem ab initio accipiant. Non cogitur quis in bello captos certo pretio liberare, *Inst. de his qui sui vel alieni iuris sunt. §. in potestate.* tamen si conuenerit, vt
32 minæ redimantur,† pacti fides præstanda est, *leg. 5. §. publica conuentio, ff. de pactis.* In multis promiscua ratio est† diuinum numen colendi, vt de Io-
33 ue suo commemorat, vt si de calice quæratur, an ligneo, vitreo, aureo, argenteo sacerdos vti debeat, ante constitutionem concilii Triburicensis, *capit. vasa. dist. 1. de consecrat.* fortasse liberum id fuit: nunc autem talis facultas sublata est, vt lignei atq; vitrei calices prohibiti, *d. c. vasa, & c. vt calix, eod. ti.* aut si tractetur de communicatione corporis Dominici, quoties in anno vel mense repetenda sit, aut de ieiunio, quod fiat in sabbato, *cap. illa. distinct. 13. cap. 1. de purif. post part.* Quæ de festis diebus † Brasidæ La-
34 cedæmonio institutis ob insignem operam in bello, maxime autem in vltimo prælio, quod cum Cleone Atheniensium duce apud Amphipolim commissum est, vbi in ipsa victoria spiritum profudit, editam, transferri possunt ad festos dies, quos in memoriam victoriæ vel nominis sui, *c. 1. de purificatione post partum,* vel ciuitatum conditarum, vel insignem victoriam, Imperatores indicere solent, *l. sed etsi per prætorem. §. si feria. ff. ex quibus caussis maiores in integ. restit. leg. omnes. C. de feriis.* In diuersa caussa
35 sunt dies dominici a Deo opt. max. otio dedicati. *d. l. omnes. item, l. final. C. eod. tit.* Hic enim legislatoribus nihil licet, quemadmodum etiam in fide catholica, vel in vero cultu redemtoris Christi, *l. 1. C. de summa trinitate & fide*

fide catholica, l. si quis in hoc genus sacrilegii. Codic. de episcop. & cleric. capit. imperatores. distinct. 9. capit. 1. cap. suscipitis, dist. 10. cap. nolite. cap. ecclesiasticarum. dist. 11.

Translatio Argyropili.

Videntur autem quibusdam omnia talia esse, propterea, quod omne, quod natura constat, immobile, & vim eandem habet ubique; sicut ignis hic & apud Persas urit, cuncta autem moveri videntur. Verum hoc non ita sese habet, sed aliquo modo. Atque apud Deos nihil ullo modo forsitan est, quod ita sese habet, apud nos autem est quidem aliquid, etiam natura constans, mutabile, verum nō omne. Attamen aliud est natura, aliud non natura, patet autem. Quidnam eorum, quæ possunt, & aliter se natura habere, constat, & quid non, sed lege, ac instituto, si ambo mutari similiter possunt.

Textus græcus.

δοκεῖ δὲ ἐνίοις πάντ' εἶναι τοιαῦτα, ὅτι, τὸ μὲν φύσει, ἀκίνητον καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν. ὥσπερ τὸ πῦρ καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν πέρσαις καίει· τὰ δὲ δίκαια κινούμενα ὁρῶσι. τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον, ἀλλ' ἔστιν ὥς. καίτοι παρά γε τοῖς θεοῖς, ἴσως οὐδαμῶς ἄλλως ἔχον. παρ' ἡμῖν δὲ, ἔστι μέν τι καὶ φύσει κινητόν· οὐ μέντοι πᾶν, ἀλλ' ὅμως ἐστὶ, τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ οὐ φύσει. ποῖον δέ, φύσει τῶν ἐνδεχομένων καὶ ἄλλως ἔχειν, καὶ ποῖον οὐ ἀλλὰ νομικὸν καὶ συνθήκῃ, εἴπερ ἄμφω κινητὰ ὁμοίως δῆλον.

Translatio Zuuingeri.

Existimant autē nonnulli iura omnia esse huiusmodi, id est, legitima, quoniam id, quod constat natura, immobile, ac immutabile est, & ubique eandem vim habet, quemadmodū ignis, & hic, & apud Persas urit, iura autem quotidie vident immutari. Sed hoc non ita est omni quidem ex parte, est certe ex aliqua. Et sane apud Deos fortasse, haud quaquam aliter se res habet, sed apud nos profecto est aliquid etiam naturale, mutabile, non tamen omne. Veruntamen nihilominus aliud natura valet, aliud non natura. Sed quodnam & quale etiam eorum, quæ aliter evenire, quæque mutari possunt, natura valeat, & quod non natura valeat, sed lege & consensu, siquidem ambo perinde æque sunt mutabilia.

Videntur autem quibusdam.) Eximendus in præsentia scrupulus videtur, quē reliquum, explicatio supra a nobis instituta, fecit, an ius naturale omnino immutabile sit. Non desunt enim, auctore Aristot. qui id de-

fendant, argumento ignis, qui hic & vbiq; vrat. Ceterum is id recte meo iudicio refellit, quod multa, quæ natura constant, sint mutabilia, non tamen omnia. Vt hæc ipsa doctrina Aristotelis tanto conuenientius ad ius nostrum accommodari possit, simul etiam vt illos erroris conuincamus, qui contendunt, in iure nostro nullam esse necessariã, & concludentem argumentationem, siue demonstrationẽ, propono iura quædam esse, quę
36 ex inuicto naturæ ordine aut vi manantia, nullam† prorsus mutationem recipiant, vt si quæratur, an desinat esse fur, qui rem furto subtractam ex pœnitentia ad locum, vnde sustulerat, refert, & non desinere constat, ex *l. 63. qui ea mente. ff. de furtis*, quæ ita concepta est. *Qui ea mente alienum quid contrectauit, vt lucrifaceret, tametsi mutato consilio, id domino postea reddidit, fur est, nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desiit.* Idem, si tractetur de fugitiuo, qui postea reuertatur, *l. 17. quis sit fugitiuus. § 1. ff. de ædil. edicto*, ratio est petita a naturæ effectu prorsus inexpugnabili, quod illud, quod factum sit, infectum reddi nequeat, *l. in bello. § facta. ff. de capt. & postl. reuersis l. 31. verum ff. de regul. iuris*, idem si ambigatur, an postliminium possessionis caussam, quæ iure interrupta fuit, restituat, *dict. §. facta.* Idem si in consultationem veniat, an homicidii rea sit, quæ visceribus suis vim inferendo partum nondum formatum abegerit, & non esse homicidam pari naturæ argumento docemur, quod illud, quod non sit, nullas qualitates admittat, *l. Celsus. ff. de vsurp. & vsucap. l. actor. Codic. de probat. l. 6. si quis legatum. ff. ad l. Corneliam de falsis*, item, quod priuatio non possit esse sine habitu, *l. manumissiones. ff. de iustitia & iure.* Hanc eandem naturæ vim, quæ nullo modo infringatur, secuti statuimus, absente marito ab vxore conceptam & progenitam sobolem, non esse ipsius filium, *l. 6. filium eum definimus. ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt*, ab infante non posse sobolem suscitari, *arg. l. 40. §. 1. ff. de adopt. cap. final. de desponsatione impuber.* ante septimum mensem non posse perfectum partũ edi, *l. 12. septimo. ff. de statu hominum*, non esse liberos aut homines, qui cõtra formam humani generis sint nati, *l. 14. eod. titul.* geminam sobolem non posse vno & eodem tempore ex vtero matris erumpere, *leg. 15. ff. eod. tit.* quæ incorporea sunt, tangi non posse, *leg. 2. ff. de rer. diuisione. & acq. iur. dom.* sine alimentis, quem viuere aut quasi vento, quem saginari nõ posse, *l. 2. Codic. de aliment. pupill. præst. l. verbum viuere. ff. de verborum signif.* omnem hominem semel naturæ concedere, *l. finali. C. de sacrosanct. eccles.* sine materia & forma rem non subsistere, *leg. 72. pacta ff. de contrah. emt.*

emt.

emt.l.55.in omnibus rebus. l.57. in omnibus negotiis. ff. de oblig. & act. duos in solidum eandem rem non posse possidere, *l.3.§. ex contrario.ff.de acq. vel amitt.possess.* duo contradictoria non posse simul esse vera, *l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.* Nituntur hæc omnia, & quæ his confinia sunt, generali illo axiomate, quod, quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmari possint, *l.188.ff.de reg.iuris.* Porro sunt iura, quæ a naturali ratione † profecta, non eandem conditionem, & tam constantem in 37
recusanda omni varietate aut moderatione habent, vt maris & fœminæ coniunctio, procreatio, educatio prolium, *Inst.de iur.nat.gent.& ciuili.* rationem inde metimur, vt humano generi ex propagatione consulatur, *l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patronatus.leg.cum ratio.§.finali.ff. de bonis damnat.l.1.ff.de solut.ma:rim.* Recipit autem temperamentum ab alia naturæ ratione, quæ hanc coniunctionem nedum inter parentes & liberos, etiam eos, qui transuerso gradu deuincti sunt, damnat & exsecratur, *Inst.de nupt.in princ.l.in copulandis.C.eod.tit.* sed etiam promiscuam, & cōiugali affectione destitutā consuetudinem improbat, *l.fin. C.de natural.liberis.* Eodē modo & educandi necessitatē ex aliis caussis ex eodem naturæ fonte fluentib. remitti animaduertimus, *vt l.qui a liberis.§.idem iudex.ff.de liber.agnoscend.* Eadē diei de caussa pietatis, gratiæ, & obseruantiæ, vindicationis, id generis aliis, & de infinitis dispositionib. quæ iuri gentiū, atq; per consequens naturali rationi, accepto referri debent, poterunt distinctionem eiusdē ex circumstantiis, vt caussa, persona, re, modo, loco, tempore admittere, *l.2.§.sed qua natura.C.de veteri iure enucleando.cap.1.& 3. dist.29.l.in fundo.ff.de rei vind.l.nonnunquam.ff.de iudiciis.l.1.ff.de re indicata,* vt non immerito Aristoteles naturæ varietatem & iuris, quæ inde pēderet, conditionem perpendens, hæc vt sunt humana, mutabilia esse contendat.

Translatio Argyropili.

Et ad cetera eadem accommodabitur definitio. Dextra namq; manus, validior est læua, natura. Et tamen fieri potest, vt omnes euadāt apti ad vtendum manu sinistra, perinde ac dextra.

Textus græcus.

καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁ αὐτὸς ἁρμόσει διορισμός, φύσει γὰρ ἡ δεξιὰ κρείττον, καίτοι ἐνδέχεται τινας ἀμφιδεξίους γενέσθαι.

Translatio Zuuingeri.

Ex iis, quæ afferam, cognoscere licebit, ceterisq; rebus eadem distinctio poterit accōmodari. Man⁹ n. dextra valentior est sinistra natura. atqui eueniri pōt, vt aliqui sinistra, pinde vt dextra vtātur.

Et ad cetera eadem accommodabitur.) Sensus horum verborum est. Non debere quem admiratione defigere, quod contenderit iura naturalia in ea caussa esse, vt aliam atq; aliam decisionem reciperent. nam & ipsas affectiones naturales in illa conditione esse, vt nihil ita dictante eadē natura, prohibeat eas de statu migrare. Naturam enim vi sua complecti, vt quam facultatem in dexteram contulerit, vt experiundo id in multis hominibus deprehendimus, eandem in sinistram transfundat, vt validior & robustior, quam dextera sit. Quod cum ita se habeat, idem quoque in iure naturali euenire posse.

38 Exempli gratia, iure statutum est, non esse iustos liberos, qui post nuptias † intra septimum mensem nascuntur, *l. 7. ff. de statu hominum*, aut quam mulier, post decimum mensem, mortuo iam marito enixa est, *vt Nouell 39. §. secundum vero*, quod naturę ordo repugnare videatur. Nō dubitamus diuinum numen, quod naturæ auctorem interpretamur, talē ordinem posse mutare, & recisius vel longius posse statuere: sublata autē hac ipsa naturæ lege, aut certo modo remissa, ius quoque, quod ex hoc
39 fonte fluebat, per consequens officium suum amittat; & seueritas eius mitigetur necesse est, vt ex auctoritate † Aristotelis, Charisti, Varronis, & aliorum in casu quodam iudicatum esse profitetur Alciatus *libro Paradoxorum tertio. capit. 7.* Idem in aliis casibus, quæ ad eandem vtilitatem tendunt, *vt hoc loco monet Aristoteles*, accidere potest, potissimum autem illis, qui non ab inuicta naturæ forma & ratione, quam cum ipso homine natura prodere solet, manant atq; exsistunt.

Translatio Argyropili.

Iustorum autem ea, quæ ex instituto sunt, & ob vtilitatem similia sunt mensuris. Non enim omnibus in locis æquales sunt vini triticique mensuræ, sed vbi quidem emunt, maiores sunt, vbi autem vendunt, minores. Simili modo & ea,

Textus græcus.

τὰ δὲ κατὰ συνθήκην, καὶ τὸ συμφέρον τῶν δικαίων, ὅμοιά ἐστι τοῖς μέτροις. οὐ γὰρ πανταχοῦ ἴσα πάντα τὰ οἰνηρὰ καὶ σιτηρὰ μέτρα. ἀλλ' οὗ μὲν ὠνοῦνται μείζω, οὗ δὲ πωλοῦσιν

Translatio Zuingeri.

Iam vero, quæ iura ex vtilitate & cōsensu hominum nata sunt, ea mensuris similia sunt. Neq; n. omnibus in locis sunt æquales vini triticiq; mēsuræ, sed apud eos, qui emunt maiores, apud eos, qui vendūt minores. Itēq; iura non naturalia, sed humana, non sunt

qua

quæ non naturalia sunt, sed humana iusta, non eadem sunt vbique: nam neque respublica, sed vna tantum vbique secundum naturam est ipsa optima.

ἐλάττων. ὁμοίως δὲ ϗ τὰ μὴ φυσικὰ, ἀλλ' ἀνθρώπινα δίκαια, οὐ ταὐτὰ πανταχοῦ, ἐπεὶ οὐδὲ πολιτεῖαι, ἀλλὰ μία μόνον, πανταχοῦ κατὰ φύσιν ἡ ἀρίστη.

omnibus in locis eadem. Nam ne reipub. quidem regenda forma, vna & eadem est apud omnes: sed vna duntaxat, vbique consentanea natura est, ea qua optima.

Iustorum autem.) Vt ostendat, quantum inter ius naturale, & legitimum sit differentiæ, comparatione mensurarum totam rem illustrandam existimauit. Enimuero parum aut nihil interest, cuius magnitudinis mensuræ, vel lege, vel conuentione contrahentium constituan- *l.71. Imperatores, ff. de contrah. emt.* Ceterum post contractum institutum & perfectum, refert. Si enim diserte † id expressum est, pacti fides præ- 40
standa est, *d.l.71. imperatores,* alioqui ratione doli coueniri quis poterit, *l. 18. arbitrio. §. de eo, ff. de dolo malo,* aut si quid falsi circa pondera, & mensuras commissum sit, etiam criminali iudicio distringi poterit, *l. finali. ff. ad d. l. Corneliam. de falsis.* Qua ratione itaque ab initio libera definiendæ mensuræ facultas erit, ita & in legibus ferendis, quæ ex instituto pendent. *l. sicut. C. de l. & ait. l. finali, Institutis. de iure naturali gent. & ciuil.* Ceterum ex quo semel placuerunt, obligationem contrahunt, *l. tertia, C. de leg. l. 1. ff. eodem titulo.* Hinc si in venditione, de mensura, quā † quid adme- 41
tiri deberet, cautum sit, id seruari conuenit: quod si id comprehensum non sit, ex consuetudine vel lege regionis, in quo contractum est, id constituendum erit, *l. semper in stipulationibus, 34. ff. de reg. iur.* In eadem igitur caussa sunt illę leges, quæ a solo constituentium consensu proficiscuntur, vt scilicet iam semel † confirmatæ, singulorum facto & aucto- 42
ritate conuelli nequeant. Sed ita demum, si rursum omnes consentiant, vt in ipsis contractibus euenire solet, iuxta illam iuris definitionem, nihil tam naturale esse, quam eo genere quodque dissolui, quo colligatum est. *l. 35. nihil. ff. de reg. iur. l. 100. omnia & l. 153. fere. ff. de regulis iuris.* Hæc, si ipsam honestatis † caussam intueri velimus. Nam si de vtilitate tractetur, exemplum ab Aristotele allatum aliud obtinere, aut probandū esse 43
coarguit. Si enim illę ciuitates, quæ vendere sua, veluti vinum, oleum

λλε

frumentum, aut denique alias merces, consueuerint, etiam minores mensuras instituere, emtores autem longe alia ratione rem digerere soleant, quod id suadeat vtilitas, consequens quoque esse videbitur, vt legislator in condendis legibus, quæ, si honestatem, aut naturalem rationem intueamur, hoc vel illo modo, sine vlla offensione ferri, & stabiliri possint; etiam vtilitatẽ suorum, & formæ reipublicæ, quę semel placuit, præ oculis habeat. Hinc in electione episcopi, archidiaconi, decani, &c, non inconuenienter statutum est, vt penes canonicos cathedralis ecclesiæ ius suffragii ferendi esset, *c. quia propter; c. humana. de elect. c. cum ecclesia. de caussa possess. & propriet.* Quamuis si ius naturæ spectemus, non referat, an penes hos tantum, an alios sit, vt ex relatione, *d. c. Cumana, item, c. cum ecclesia,* colligere licet. Nam cum diuersæ sint administrandę reipublicæ formæ, in concipiendis, atque promulgandis legibus, vtilitas illorum potissimum obseruari solet, qui in regenda republica occupati sunt. Huc pertinent priuilegia, quæ nobilitatis ratione, & similibus de caussis deferri solent.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Vnumquodque autem iustorum, & legitimorum, vt vniuersale sese habet ad singula, etenim ea, quæ aguntur, sunt multa, vnumquodque autem illorum est vnum, est enim vniuersale.	τῶν δὲ δικαίων καὶ νομίμων ἕκαστον, ὡς τὰ καθόλου πρὸς τὰ καθ' ἕκαστα ἔχει· τὰ μὲν γὰρ πραττόμενα, πολλά. ἐκείνων δὲ ἕκαστον ἓν· καθόλου γάρ.	*Iam vnumquodque ius, & vnumquodque legitimum eandem rationem habet ad hominum actiones, quam res vniuersæ ad singulares. Nam quæ aguntur multa sunt, & vnumquodque illorum vnam. Est enim vniuersum quiddam.*

Vnumquodque autem.) Vt ius in plena significatione acceptum, vniuersale quoddam est, & in distributione, & commutatione versatur, & rursum hæ partes suã distinctionem admittunt, ita etiam ius illud, quod dudum ipse Aristoteles describit, & legitimum vocat, id enim si casus, per quos innumeros aliquando diffunditur, intueamur, etiam suam separationem habet.
44 † Vnum itaque est, si officium generis spectemus, in quo quidem omnibus conuenit. *l. 2. § creditum. ff. de reb. cred. si certum petat. l. 5. C. de legibus.* Et tanquã vna mensura accommodari potest. Ceterum, cum descendimus ad ipsos casus, facta multa deprehendentur.

Trans-

Translatio Argyropili.

Interest autem inter iniuriam & iniustum, & inter ius & iustum. Iniustum enim est natura, vel instituto. Id autem ipsum, cum actum fuerit, iniuria est, antea vero, quam sit actum, nullo modo est iniuria, sed iniustum pari modo, & ius. Vocatur autem magis iusti actio, ipsum commune, ius autem iniuriae emẽdatio. Quae vero & quot species uniuscuiusque ipsorum sint, & circa quae versantur, considerandum & postea.

Textus Græcus.

διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα, καὶ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ δικαίωμα, καὶ τὸ δίκαιον· ἄδικον μὲν γάρ ἐστι τῇ φύσει, ἢ τάξει· τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο, ὅταν πραχθῇ, ἀδίκημα ἐστι· πρὶν δὲ πραχθῆναι, οὔπω ἀλλ' ἄδικον· ὁμοίως δὲ καὶ δικαίωμα. καλεῖται δὲ καὶ τὸ κοινὸν μᾶλλον δικαιοπράγημα. δικαίωμα δὲ, τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. καθ' ἕκαστον δὲ αὐτῶν, ποῖά τε εἴδη, καὶ πόσα, καὶ περὶ ποῖα τυγχάνει ὄντα, ὕστερον ἐπισκεπτέον.

Translatio Zuuingeri.

Differt autem & ab iniuria iniuste factum, & a iure iustum officium seu factum iuste, quo alter ius suũ obtinet, iustusque ex iniusto redditur. Nam iniuria, vel natura, vt constitutione iniuria est. Haec eadem cum illata fuerit, iniuste factum est, priusquam illata sit, nondum iniuste factum est, sed iniuria. Eademque iusti officij seu iuste facti ratio est. Quod commune est autem, id magis proprio nomine iusta actio appellatur. Iustum officium autem, seu iuste factum correctio & emendatio iniuste facti, seu iniuria alteri illata est. Quae sint autem cuiusq; eorum genera, & partes, & quot sint, & in quibus versentur, posterius nobis est videndum.

Interest autem) Ostendit Aristoteles † interesse inter ipsam iniuriam, & factum iniuriosum, & ius ipsum & illud, quod iure factum est, haec n. ex actu, vel effectu pendent, illa autẽ esse intelliguntur, antequã actu explicẽtur, quae obseruatio pertinet ad illustrationẽ cõtrouersiae a me motę in cap. 1. pręsentis libri, dũ differo, an ius a iustitia, an vero cõtra, a iure iustitia originẽ ducat. Notãdũq; haec ipsa quaestio, & inde secuta decisio in gręco 45

10 *Vlysses a Thelegone filio per ignorantiam occisus.*

11 *Factum militis Pompeiani, qui cum fratrem suum ignorans in prælio occidisset, se communibus flammis concremandum dedit.*

12 *Qui gladio aut ligone ferit, videtur habere animum occidendi.*

13 *Memorabile infortunium in persona cuiusdam Abbatis, qui ex potione, quam salutarem pharmacopola existimauerat, perierit.*

14 *Exemplum in studioso, qui vagina militem petendo, eum pene confoderit.*

15 *In omni delicto consideratio caussæ ad exacerbandam pœnam plurimum momenti obtinet.*

16 *Insigne exemplum in persona Scæuolæ, Papiniani, D. Iohannis, Thomæ Cantuariensis, deniq; Seruatoris nostri.*

17 *E diuerso error in caussa ad molliendam pœnam plurimum patrocinari solet.*

18 *Exempla aliquot memorabilia, in quibus quis ob iustum errorem impunitate donatus, vel pœna minore affectus fuit.*

19 *Esse multas alias circumstantias, ex quibus pœna augeri, aut minui debeat, quam Philosophus recenseat.*

20 *In constituenda pœna haberi rationem minoris ætatis, meritorum, artificii.*

21 *Ignorantia excusat in delictis, quæ ex sola institutione ciuili, non autem natura, inter ea recensentur.*

22 *Locus & tempus delicti caussam vel intendunt, vel minuunt.*

23 *Idem de modo & aliis qualitatibus dici potest, idque exemplis illustratum.*

24 *Ignorantiam qualitatis delicti pœnam minuere.*

25 *An idem probetur si in quantitate rei, quæ auferatur, error interuenerit.*

26 *Distinctio auctoris.*

27 *An, qui per vim aliquid facit, delinquere intelligatur.*

28 *Quid iuris sit, si casu homicidium perpetretur, in quam rem multa exempla expediuntur.*

29 *An percutiens patrem, cum illum talem esse ignoraret, excusatione dignus sit.*

30 *Difficultas circa dissolutionem propositæ quæstionis.*

31 *Distinctio auctoris.*

32 *In pœna legis Corneliæ non distingui, cuius conditionis hominem quis occiderit.*

33 *Quid iuris sit si pater dissimulato habitu erroris caussam præbuerit.*

34 *In delictis nonnunquam euentum rei spectari.*

35 *An euentus solus sine destinatione animi puniri debeat.*

36 *Cum singularum circumstantiarum ignorantia ad delictum minuendum sæpe proficiat, multo magis id impetrabit totius caussæ ignoratio.*

37 *An potius vltra modum excusandus sit.*

38 *Quid obtineat in eo, qui ex tecto delapsus prætereuntem corpore oppresserit.*

39 *Verbum, inuiti, quam significationem apud emendatæ linguæ auctores recipiat.*

40 *An verba sponte & inuiti ad ea propriè referri possint, quæ ex naturæ instituto eueniunt.*

41 *An qui metu depositum reddit, iustè facere dicatur.*

42 *Grauius delictum esse, quod consilio capto quis suscipiat, quam si sine vllo tractatu, in aliqua commotione animi, illud idem committat, idque exemplis illustratum.*

43 *Quæ facta ex ignorantia totius rei, aut præcipuarum circumstantiarum proficiscuntur, errata potius dicenda, quam flagitia.*

44 *An qui gladium distringit, non vt aliquem vulneraret, sed vt leuiter pungeret, clementius puniatur.*

45 *Difficultas in defendenda Aristotelis sententia in proposita quæstione.*

46 *Quibus ex signis colligi possit, quem non habuisse animum vulnerandi, vel occidendi.*

47 *Qui gladio percutit, in dubio videtur animum habere occidendi.*

48 *Rem ab eo, quod præualet, denominationem accipere.*

49 *An, qui per iram aliquem lædit, improbus vocari possit.*

50 *Definitio Aristotelis pronuntiantis, eum, qui consilio capto delinquit, improbum esse, examinata.*

51 *Delicta per iram, vel alias perturbationes animi commissa impunitate non donari, qua in re rursum perpenditur sententia Aristotelis.*

52 *Furem esse, qui semel aliquid furto subtraxerit, item fugitiuum, qui semel fugerit, homicidam qui vnum hominem occiderit.*

53 *Quando calor iracundiæ quem excuset.*

54 *Caussa cur pater adulterum cum filia deprehensum occidere possit, maritus autem non possit.*

55 *Quando ignorantia circumstantiarum alicuius delictum mitiget.*

56 *Quo-*

56 *Quomodo Aristoteles intelligendus videatur, dum ait, motos perturbationibus non naturalibus aut humanis, excusandos non esse.*

Translatio Argyropili.

Cum autem iusta sint, & iniusta ea, quæ diximus, iniuriam quidem quispiam facit, & ius agit cum ea sua sponte agit, sed cum inuitus, non iniuriam facit, neque ius agit. Agit enim ea, quibus accidit, vt sint iusta aut iniusta. Iniuria autem atque iuris actio tunc est, cum a sponte agente fit, tunc enim vituperatur, & simul tunc iniuria est. Quare erit quid iniustum quidem, sed nondũ iniuria, si non a sponte agente sit factum.

Textus Græcus.

ὄντων δὲ τῶν δικαίων, καὶ ἀδίκων τῶν εἰρημένων, ἀδικεῖ μὲν καὶ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκών τις αὐτὰ πράττῃ: ὅταν δὲ ἄκων οὔτ' ἀδικεῖ οὔτε δικαιοπραγεῖ, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. οἷς γὰρ συμβέβηκε δικαίοις εἶναι ἢ ἀδίκοις, πράττουσιν, ἀδίκημα δὲ καὶ δικαιοπράγημα ὥρισται τῷ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ. ὅταν γὰρ ἑκούσιον ᾖ ψέγεται, ἅμα δὲ καὶ ἀδίκημα τότ' ἐστίν. ὥστε ἄδικόν τι ἔσται μὲν, ἀδίκημα δὲ οὐδέπω, ἐὰν μὴ τὸ ἑκούσιον προσῇ.

Translatio Zuuingeri.

Iam cum iusta & iniusta ea sint, quæ sunt a nobis exposita, tum & facit quisque iniuste, & iuste agit, cum ea sponte sua agit. Cum vero inuitus, neque iniuste facit, neque iuste agit, nisi ex euentu. Ea enim agit, quibus euenit, vt iusta vel iniusta sint. At iniuste factum, iustamq; actionem, id, quod sponte & inuite actum est, definit ac terminat. Nam cum quid sponte fit, tum & vituperatur, & simul iniuste factum est. Ergo erit aliquid iniustum, quod nondum erit iniuste factum, nisi eo accesserit, vt sponte factum sit.

Cum autem) Cum præcipuus iustitiæ scopus, & consilia legislatorum, † circa hoc versentur, vt homines prẹmiorũ exhortatione, & pœnarũ constitutione bonos efficiant. *l. 1. §. 1. de iustitia & iure, c. 1. l. 3.* & præmia atque pœnæ pro modo meriti. † aut delicti definiri debeant, *l. 1. §. in honorariis. ff. de extraord. cog. l. perspiciendum, digestis de pœnis*, illaque ex 1
caussis aliisque circumstantiis pendeant. *l. aut facta. ff. eod. titulo. lege si quenquam. §.* de episcopis & clericis. † Non inconsiderate Aristoteles 2

hoc capite aliam conditionem esse pronuntiat, eorum, quæ ab inuitis, & quæ libera voluntate, contrahuntur. Hinc bellissime infertur, neq; illis,
4 qui † inuiti quid fecerint, pręmia, *l. 69. inuito. ff. de reg. iur. l. 2. ff. de condit. & dem.* deberi, neq; supplicia irrogari posse, *l. vim passam. ff. de adult. l. si uxor, §. quis plane. ff. eod. tit. l. fœdissimam. C. eodem titulo, l. 1. §. remouet. ff. de postulando.* Quibus in legibus aperte cauetur non pertinere ad pœnam legis Iuliæ, vel SC. mulieris, quę per vim compressæ sunt. Idem in crimine ido-
5 latriæ constituitur, c, † presbyteros distinctione 20. si quis aliquem vi attractum funestis sacrificiis manum admouere coegerit, & generaliter in omnibus illis, quos reluctantes ad rem aliquam compulerimus, *c. sacris. de his, quæ vi metusue caussa fiunt, c. inprimis. 2. q. 1. c. constat. 1. q. 1. c. merito 15, q. 1.*

Nec caret talis vtriusque † iuris definitio ratione, quod si voluntatem tollamus, cesset delictum, *l. diuus. ff. ad l. Corneliam de sicar. l. aut fa-*
6 *cta. §. 2. ff. de pœnis, l. sæpe ita comparatum est, 53. ff. de verbor. significat.* Imo nullus contractus, nullum denique negotium institui possit, *l. 3. l. 55. in omnibus caussis l. 57. in omnibus negot. ff. de obligat. & act.* in quam sententiam pręclare Aristoteles hoc loci profitetur, tunc iuris partes accommodari, & contra iniuriam inferri, illaque laude, aut vituperatione digna, cum sponte suscipiuntur. Posse itaque aliquid iniustum esse, quod iniuria careat, iniustum est, si personam patientis spectemus, iniuria caret, si animum facientis intueamur.

Translatio Argyropili.

Equidem id a sponte agente fieri dico (quemadmodum vt prius est dictum) quod quispiam in se situm sciens agit, & non ignorans, neque quem, neque quo, neq; gratia cuius, vt quem pulsat, & quo, & gratia cuius.

Textus Grecus.

λέγω δὲ ἑκούσιον μὲν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, ὃ ἄν τις τῶν ἐφ' αὑτῷ ὄντων εἰδὼς καὶ μὴ ἀγνοῶν πράττῃ, μήτε ὃν μήτε ᾧ μήτε οὗ ἕνεκα, οἷον τίνα τύπτει, καὶ τίνι καὶ τίνος ἕνεκα.

Translatio Zuuingeri.

Sponte autem fieri dico, quemadmodum & supra a nobis dictum est, id, quod quis in sua potestate positum facit sciens, neque eum, quem iniuria afficit, ignorans, neque quo quasi instrumento, neque cuius rei gratia, verbi caussa, quem verberet, quare verberet, cuius denique rei caussa verberet.

Equidem

Equidem id a sponte.) Expedit hoc loci Philosophus, quid videatur sponte fieri, id nimirum, quod † quis in se, aut sua potestate positum sciēs facit. Per verba priora submouet a sua definitione Aristoteles illos, qui per vim aut metum compulsi quid committunt, *c. sacris, de his quæ vi metusue, c. presbyteros, dist. 50. cum aliis, quæ supra non dissimulauimus.* item, qui casu delinquunt, de qua re postea. Deinde possunt † hæc verba accommodari ad personam ipsius, qui pugno, claui, cucuma, calce aliquem petendo, illum occiderit, cum eo robore ex naturæ constitutione atque consuetudine sæpe probata esset, vt id posset, vt de Milone Crotoniata accepimus, qui ictu nudæ manus taurum prostrauerit: item Tritormo Ætolo, qui saxum ingens, quod Milo vix tellure tenus mouebat, sustulit, atque humeris impositum ad quinquaginta vlnas deportauit. De Samsone, qui, vt testantur sacræ literæ, portas oppidi reuulsas per longum interuallum tulit, & maxilla asini, tot centena Philistæorum trucidauit. Quamuis enim illa iuris nostri sit præsumtio, eum, qui in percutiendo, pugno, claui, cucuma, calce vsus sit, non habuisse animum accidendi, *l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corneliam de falsis,* tamen aliud obtinebit, si illo robore hominem ponamus, vt illud probabiliter in tali ictu reformidandum fuerit, vt tradunt nostri Doctores, maxime Bartolus *l. 1. C. vnde vi,* dum edisserunt, vnde moderamen inculpatæ tutelæ metiamur. Addit in textu, *& non ignorans, neq; quem, neq; quo, neque gratia cuius.* Ex his verbis edocemur ad iustam pœnæ definitionem, circumstantias ad amussim ponderandas, quæ nonnunquam augent animaduertendi modum, atque acerbitatem, sæpe etiam molliunt. Etenim atrocior erit iniuria, quæ patri magistratui, vel † patrono inferatur, quam si diuersæ conditionis homini fiat, *l. prætor ait, 7. §. atrocem. ff. de iniuriis.* Qui parentem, aut iure definita necessitudine coniunctum interficit, parricidii pœna plectitur, *l. 1. ff. ad l. Pompeiam de parricidiis,* qui aliud homicidium perpetrauit pœna, *l. Corneliæ l. 3. §. finali. ff. ad l. Corneliam de sicariis.* Vnde ex mente Aristotelis, si ignorans esse parentem, magistratum, patronum offenderit, clementius cum illo agendum esset, cuius rei argumentum præbere potest, *capit. vnicum. Quibus modis feudum amit. titul. 17. lib. 1.* idque eo casu potissimum probari, quo facto aut culpa patris, forte dum veste mutata se alium simulat, *l. item apud Labeonem 15. §. si quis virgines, ff. de iniuriis,* filius in illum deliquisset, maxime si id faciat ad sui defensionem necessariam, vt quidam de Telegone Vlyssis filio commemorant, qui patrem nunquam visum

ZZ 3

ab eo lacessitus occidit, vt miles ille Pompeianus, qui cum in prælio,
11 quod cum Sertorio commissum est, † hostem ferocius instantem interemisset, & iacentem spoliare vellet, fratrem suum esse cognouit, & quãuis hoste cæso nullam ducis coercitionem formidaret, tamen fortunam ob donum impiæ victoriæ insectatus, rogo facto pectus suum diuerberauit, & se communibus flammis concremandum dedit. In eadem caussa instrumentum est, quo ictus illati sunt, vt etiam ad iniuriæ atque suppli-
12 cii † exacerbationem pertineat, si gladio, *l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corneliam de sicariis*, si ligone quem in capite percusserit, *capit. significasti, extra. de homicidio*, si veneno hominem sustulerit, *l. 1. Codic. de malefic. & mathem.* si flagris hominem liberum dilaniarit, *l. 7. §. præterea. ff de iniuriis. l. & eum 6. ff. de vi publica.* Et hæc si sciens talia instrumenta in perniciem alienam conuertat. Quid enim si cum medicinam dare vellet, venenum imprudens exhibuerit, vt in ditione Leodiensi Abbati Hildersheimen-
13 si ante † nonnullos annos accidisse memini, cum is a Pharmacopola potionem, qua stomachi fastidium lenire posset, petiisset, & per errorem aquam fortem, vt vocãt, hausisset. Nondũ sexenniũ excessisse statuo, quod cũ studiosi quidã in vigiles noctu oberrantes incidissent, & rixa orta stu-
14 diosorũ vnus vigilẽ ferocius † instantẽ, gladio quẽ adhuc in vagina cõditum habebat, submonere vellet, accidit, vt in tali colluctatione gladii mucro partẽ vaginę amputarit, & vigil quoad ferrũ exstabat, nõ sine periculo vulneratus sit. Possint exempla non pauca recenseri, quod amicus amicũ, frater fratrem, maritus vxorem, vt etiam VVirtzburgi euenisse memini, tormentis minoribus confecerint, cum illa puluere nitrato referta, vel
15 ex more intensa ignorarent. Hęc de instrumentis: nunc de caussa, † quam in rerum circumstantiis, & consequenter in animaduersione exasperanda vel mitiganda principem locum obtinere, neminem vel mediocriter in tractandis publicis & priuatis negotiis versatum, pręterire põt. Quis n. inficiari potest, multo detestabilius facinus illius esse, qui aliquem, quod veram religionẽ aut incorruptæ iustitiæ partes defendat, inauditum, † ne-
16 cet, vt Scæuolam Fimbria, Papinianum † Caracalla, duo iurisprudentiæ lumina, & rara integritatis atq; innocentiæ exempla, vt Ioannem Christi præcursorem Herodes, *c. 4. de homicid. vol. & casuali.* Diuum Thomã Cantuariensem, infesti regis Angliæ adulatores, *c. sicut dignum. eod. ti.* denique humani generis vindicem & seruatorẽ, nec non martyres eiusdẽ Hebræi, atq; alii homines nefandissimi. Si igitur prudẽtes & scientes se huiusmodi flagitiis

flagitiis aliqui obstrinxerint, supplicio, quod improbitati & sceleri respõdeat, *l. perspiciendum. ff. de pœnis.* afficiendi sunt. E diuerso si in caussa iustus error interuenerit, molliri vel potius tota pęna remitti solet, veluti si quis displodat † tormentũ, non vt hominem glande ꝓsterneret, sed vt in loco definito signũ ꝓpositũ attingeret, *l. item si obstetrix 9. ff. ad l. Aquil.* aut si ciuem in acie exuuiis hostilib. indutum occiderit, cũ illum hostem putaret. Repeto n. memoria † generosa familia virũ & singulari virtute præditum cum hosti in acie aquilã extorsisset, & lætus idẽ signum tollens se pene totum inuoluisset, a suis, q illum hostẽ existimauerunt confossum. Eodem pertinẽt, quæ a nostris cõmemorantur de interficiente, proscriptũ & expositum liberæ omnium offensioni, *l. qui deficiunt. ff. de capitis diminut. one, l. 3. §. fin. ff. ad l. Cornel. de sicariis, l. non videtur. §. quod iussu ff. de reg. iur. c. viduis 27. q. 1. l. 1. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. l. si adulterium. 38. §. fratres. ff. de adult. l. penult. eod. tit.* si ille interea gratia donatus esset, quæ tamen nondum innotuisset. Hæc eadem obseruatio coarguit ad seueritatem l. Corneliæ, non pertinere illas mulieres, quæ cum amoris conciliandi caussa philtrum dedissent, mortis occasionem præbuerint, *l. 3. §. 1. ff. ad l. Corneliam de sicariis.* Ex his igitur circumstantiis, quas, exempli caussa, Philosophus proposuit, sponte an inuitus quid fecerit, colligitur, & per consequens, quæ pœna inferenda. † Dixi, exempli gratia, cum & aliæ circumstantiæ, vt pœna, aut grauior, aut remissior statuatur, impetrare possint: non solum enim personam patientis inspicimus, sed & inferẽtis, non enim eadem est puniendi ratio † in infante, *leg. infans ff. ad leg. Corneliam de sicariis*, pupillo, *l. illud. ff. de iniuriis.* minore, *l. auxilium. ff. de minor. in integ. rest.* furioso. *l. Diuus. ff. de officio præsidis*, viro multis meritis insigni, *l. ad bestias. ff. de pœnis.* quæ est in reliquis, q & hos caussa insciẽtię, quæ ratione ætatis vel insaniæ contingit, ab ordinaria pœna, l. Corneliæ, vindicet, vt insignem artificẽ, vel alias bene meritũ ha ipsæ caussæ eripere solent. His respondet, quod adulterii pœna, aut simili non coerceatur, quę commercium habuit, aut proles suscepit ex illo, qui contracto cũ alia matrimonio se in longinquis partib. solutũ tali vinculo ꝓfessus est, *c. veniens de eo qui duxit*, quodq; omnẽ condemnationẽ euadat, qui cum seruũ suũ peccantem cõpescere, & pugnũ impingere vellet, tenebris vel alia ratione deceptus Titio inflixerit. *l. 2. & 3. ff. de iniur.* vbi & alia huc pertinẽtia cõmemorãtur. Eodẽ referri possunt omnes animi ꝑturbationes, q̃ nos ꝓcipites impellere solent ad aliqd faciendum, neq; permittere, vt euentum

fertur, quę, quod ad rem faciat, subnecto. οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησεν τὴν ὀργήν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία· οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο ἑτέρῳ, σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν, ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι.

In his igitur & similibus criminibus, quæ ex qualitate crescere, & grauiorem animaduersionem exposcere solent, si ignorantia † qualitatis probari possit, quod ad locum insidiis suspectum ex alia caussa venerit, quod læsus vel quilibet alius, caussam præbuerint, vt in facie, oculis, cum illos alter non incesseret, sauciaretur, aut quod fores non effregerit, vt furto quid interuerteret, sed vt meretricis complexibus potiretur, quāuis ea res aliis furandi occasionem prębuerit, *l. verum, & l. qui iniuria. ff. de furtis.* & delicti pœna quoq; extenuationē inueniet. Deniq; in eadē conditione, vt pœnā exacerbet aut mitiget, est quantitas rei ablatæ, qui n. quinq; solidos furto subtraxerit, ex constitutione Imperatoris Friderici cruci suffigitur, *§. qui quinq;. de pace tenenda*, inde etiam qui suem aut † ouē interceperit, vt fur pœna dupli aut quadrupli, qui gregē, vt ambigeus gladio, vel deportatione etiam lege digestorum coercebatur, *l. 1. ff. de abigeis.* Si quis igitur dum inuolucrum cereum, in quo forte numi a domino conditi erant, cuius rei locuples exemplum quis petere potest ex nostris commentationibus, ad *§. thesauros. in tit. de rerum diuisione & acq. earum dominio*, vel panē pecuniis, præter ipsius opinionem, refertum, furandi animo aufert, insignē quantitatem inuenerit, & quæratur, an recte in eum animaduerti debeat, consequetur ex doctrina Aristotelis, non debere, quod intelligo, si pœnitētia ductus restituat, quod ablatum est, aut retineat solum, quod intra illam summam sit, quamuis enim pœnitentia & restitutio, hoc non conciliet, vt fur esse desinat, *l. qui ea mente. ff. de furtis.* tamen animum ipsius declarat. Hæ & similes circumstantiæ, quæ durioris aut clementioris pœnæ caā prębere solent, cum breuiter tum eleganter cōmemorantur a Clemēte Saturnino, *l. aut facta. ff. de pœn.* & aliis locis supra a nobis designatis.

(margin: 24, 25, 26)

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et vnumquodq; illorum	καὶ ἐκείνων ἕκαστον,	*Atq; illorum vnumquodq;*
neq; per accidens, neq; vi, vt si	μὴ κατὰ συμβεβη-	*fiat, neq; ex euentu, neque vi,*

AAA

quispiam vi mouens manum alterius ipsum pulset. Sponte n. in se tũ sua non pulsat, quippe cum non sit in se situm. Fieri ẽt potest, vt qui pulsatur sit pater, ipse autem sciat, quidem illum hominem esse, vel aliquem eorum, qui assunt, ignoret autem esse patrem.

κὸς, μηδὲ βίᾳ· ὥσπερ εἴ τις λαβὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ἑτέρου τύπτοι ἕτερον. οὐχ ἑκὼν. οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ. ἐνδέχεται δὲ τὸν τυπτόμενον πατέρα εἶναι, τὸν δ', ὅτι μὲν ἄνθρωπος, ἢ τῶν παρόντων τις γινώσκειν. ὅτι δὲ πατήρ, ἀγνοεῖν.

veluti si quis alicuius manu apprehensa alterum verberet. At spõte nõ verberauit is, cuius est manus. Non n. in eo situm fuit. Contingere a. põt, vt pater sit is, qui pulsatur. is quidem pulsat v. illum esse hominem duntaxat, aut eorũ aliquẽ, q̃ adsunt, sciat, patrẽ esse nesciat

Et vnumquodq; illorum, neq; per accidens, neq; vi.) Prȩter ea, quæ supra Aristot. cõplexus est, vt q̃d sponte factũ dicatur, adhuc plura req̃rit, vt nihil sibi vis aliena, nihil deniq; casus vẽdicet. Aliena vis, veluti si q̃s, apprehẽsa
27 aliena † manu, illo nequicquã reluctãte aliquẽ verberet, vel illi ex impulsu alieno damnũ det, *l. 7. qua actione. §. proinde si quis. ff. ad l. Aquil.* vel si q̃d de manu mea excutiat, q̃ dilapsum pereat, vel alterius cerebro illidatur, *l. si seruus seruum 27. ff. eod. t. §. si quis mihi. de manu.* aut si mea naui alienã obruam, nulla culpa contracta, sed improuisȩ tempestatis, & ruentium ventorum impetu, *l. quemadmodum. §. si nauis. ff. eod. tit.* Quȩ de vi, quȩ reprimi
28 consilio nequeat, dicta sunt, eadẽ † ad casum pro insigni parte transferri possunt, vt scil. non intelligatur, quid sponte fecisse, si improuisi rerum euentus affectum & cogitationem quid instituentis eludant. Inde medico, qui potionem ex præscripto scientiæ suæ miscuit, item chirurgo, qui ex arte secuit, euentus mortalitatis imputari non debet, *l. illicitas, 6. ff. de offic. proconsulis. §. sicuti. c. tua nos, de homicid. volunt. & casua.* vbi mulier post sectionẽ tumoris in gutture, se vẽto exponere ꝓhibita, non paruit, & mortis caussam sibi ex nimio sanguinis profluuio accersiuit. Hinc homicidiũ illis adscribi non debet, qui cum campana signum in ædem sacram conueniendi darent, ruina tintinabuli nonnulles insperato oppresserunt, *c. Ioannes 24. eod. tit.* Pari ratione si putator in sylua, qua cõmeare homines non consueuerint, aut etiam in ciuitate proclamatione facta, vt sibi transeuntes cauerent, ramum deiiciendo casu hominẽ obtriuerit, non potest iudicari sponte fecisse, vt ad pœnam iuris reuocari possit, *l. si putator. 31. ff. ad l. Aquil.* Quemadmodum nec illum multandum statu mus, in cuius fouẽã, quã vrsorum vel ceruorum capiendorũ caussa fecisset, in loco, vbi id faciendi ius haberet, homo vel iumentũ aliquod cecidisset, *l. qui foueas 28.*

cum

cum l.ſeq.ff.eod.t. in quo titulo id genus plurimi caſus recenſentur. His ita
cognitis nō abs re fuerit,† exemplū ipſius Philoſophi excuſſiſſe, dum ait, 29
cōtingere autem poteſt, vt pater ſit, qui verberatur, is autem, qui percutiat illum
eſſe hominem duntaxat, aut illorum q adſunt, ſciat, patrem eſſe neſciat. Offert
enim ſe vnus aut alter ſcrupulus, qui ne ſibi parum conſtare, aut in legum 30
noſtrarum repugnantiam incidere videatur, eximēdus eſt. Etenim † hoc
exemplum ad primum partitionis membrum, quę de ignorantia circum-
ſtantiarum inter alias, perſonæ, an is, cum quo res eſt, talis ſit, differit,
pertinere videtur, cum hic de his, quæ vi aut caſu eueniant, tractetur.
Deinde, quod *l. eum qui 18. §. penult. ff. de iniuriis*, caueatur, quod ſi iniuria
mihi fiat, cui ſim ignotus, aut ſi quis me putet Lucium Titium eſſe, cum
ſim Caius Seius, præualere quod principale eſt, eum iniuriam mihi facere
velle. Certum enim me eſſe, licet ille me alium putet, & ideo iniuria-
rum competere actionem, quodque. *l. finali. ff. de crimine expilatæ heredi-*
tatis, comprehendatur, ſi rem hereditariam quis ſurripiat, quam illa in
cauſſa eſſe ignoret, non furtum ſimplex committi, ſed contrahi crimen
expilatæ hereditatis, neque quicquam mutare exiſtimationem ſurripi-
entis. Quod deníque l. vulgari. *1. §. ſi quis. ff. de furtis*, ſtatuatur, quod ſi
æs, quod aurum putabant, furto ſubtraxerint, vel contra eius, quod re-
uera deprehenditur, furtum committi. Vltimo quod intelligamus, *l. 1. §.*
ſi hominem. ff. ad l. Corneliam de ſicariis, pœna eiuſdem legis coerceri illum;
qui hominem occiderit, neq; diſtingui cuius conditionis ſit. Non puto
multum pulueris exhauriendum, vt difficultas propoſita ſubmoueatur.

Etenim nihil noui eſt, quod quemadmodum vnius & eiuſdem facti
pœna augeri & minui poſſit ex circumſtantiis, nedū perſonæ, ſed ēt cauſ-
ſæ, rei, modo, loco, tempori, cohęrentibus poteſt, & his vel omnib. vt ipſe
Ariſtoteles mox ſubiicit, aut quibuſdam coniunctim vel ſingulis ſepara-
tim, ita vt idē quoq; procedat circa inſpectionem præſentis doctrinæ, cū
ignorantia perſonæ, & improuiſus fortunę euētus cōcurrere poſſit. Hinc
frater ille, qui fratrē in prælio Sertoriano ignotū occidit, munus impiæ ac
cæcutiētis fortunæ exſęcratus eſt, vt refert Valer. Max. idemq; iuſtiori ex
cauſſa facere potuit filius, qui in acie Bedriaca patrem ex aduerſo conſi-
ſtentem, & ante ſpoliationem, non agnitum obtruncauit. Porro, quod
ad leges attinet, ſtatuo Ariſtotelem re bene ſubducta, nihil quod cum
eiſdem pugnet, pronuntiare, ſi enim quæratur an is, qui cum ali-
quem † ex aſtantibus percutere vellet, patrē non agnitum caſu verberauit 13

iniuriarum teneatur. Respondeo cum Iurisconsulto, illum teneri, quod animum aliquem iniuria afficiendi habuerit, & id perpetrandi, quod omni modo non licebat, quodque euentus rei secutus sit. Quod si vero tractetur, an talis iniuria atrox censeri debeat, secundum definitionem *l. prator. 7. §. atrocem. ff. de iniuriis.* ita, vt grauiorem animaduersionem, quā primo casu requirat, hic in mitiorem sententiam ex mente Aristotelis, fortasse non iniuria inclinabo, quamuis adhuc dici possit, illum prætextu ignorantię non facile audiendum esse, cum antea inquirere debuerit, cōditionem ipsius, cum quo negotium aliquod, vel certamen contraheret, *l. qui cum alio contrahit. ff. de reg. iur.* idq; perplexioris erit disquisitionis, si patrem occisum esse proponamus. Qua in re distinguendum putarem, an licita caussa offensionis intercesserit, veluti si vim illatam, proposito vitæ discrimine, vi propulsarit, an minime; denique an sciens, & consilio capto hoc patrauerit, an vero impetu aliquo improuiso commotus, vt primo casu excusari possit, secundo teneatur tanquam parricida, *arg. dict. leg. final. de crimine expilata hereditatis*, quod ipsius fuerat antea accuratius inuestigare, *leg. qui cum aliquo. digest. de regul. iuris. leg. qui in alterius 42. eodem titul. l. 3. §. sed si sic. ff. de in rem verso. leg. finali. ff. de exercit. act.* & committendum non sit, vt sub prætextu supinæ alicuius existimationis crimina inualescant, *§. finali. Institut. de vi bonorum raptorum*, cum regulariter dissoluta ignorantia non excuset, *l. nec supina. l. regula. §. 1. ff. de regul. iuris.* Et quamuis tale nostrum pronuntiatum ex distinctione moderationem aliquam accipere possit, tamen non ob-

32 tinebit, si tractetur † de pœna leg. Corneliæ, cum hominem esse sciuerit, & ibidem nullam differentiam admittamus. *dict. l. prima. § & qui hominem. ff. ad l. Corneliam de sicariis. l. 3. C. de episcopali audient.* Tertio casu omnem rem arbitrio iudicis diiimendam putamus, quamuis enim, quæ impetu admittuntur delicta, impunitate donanda non sint, *l. aut facta. §. 1. ff. de pœnis, l. si non conuitii. ff. de iniuriis*, tamen a ceteris distinguuntur. *l. perspiciendum. §. finali.* & ex caussis moderationem inueniunt, *l. 1. §. finali. ff. ad l. Corneliam de sicariis, l. si non conuitii. Codic. de iniuriis. leg. prim. Codic. de his qui Imperato. maled. capit. inebriauerunt. capit. sane, capit. si quis non ira-*

33 *tus. 15. quæst. 1. l. ex plagis. §. si tabernarius. ff. ad l. Aquil.* idque iustiori ex caussa procedet, si pater dissimulato † habitu caussam erroris præbuerit. *l. 15. item apud Labeonem. §. si quis virgines. Codic. si iudex laicus, de sentent. excomm. in 6. leg. tert. ff. ad senat. Maced. leg. si ignorans. 50. digest. locati.*

Quæ

Quæ consideratio etiam in sacriis bibliis incestus crimen a Iuda cum sorore Thamar commissum subleuare videtur. Qua in re non est, quod nos torqueant leges, in contrarium adductæ. Fatemur enim decerni iniuriarum actionem, quamuis personam, quæ læsa sit, ignotam fuisse ponamus, sed defertur secundum distinctionem supra a nobis insinuatam. Eadem obseruatio depellet, quod a secundo, tertio, & quarto argumento nobis poterat esse periculi, quamuis enim in delictis affectionem peccantis, ante omnia consideremus, *l. diuus*, *& l. nihil interest. ff. ad l. Corneliam de sicariis, & l. qui cum telo. C. eod. tit.* tamen etiam euentum rei spectamus, maxime in minoribus, vbi consilium sine effectu puniri † non 34
solet, saltem pœna ordinaria, *l. sæpe ita comparatum est, 53. ff. de verborum signif. in fine, l. 3. §. finali. quod quisque iuris alii statuerit.* Consectarium itaque est idem in actione furti accidere *d. l. vulgaris. §. cum as. ff. de furtis*, in crimine falsi, *l. legati. ff. ad l. Corneliam. de falsis.*

Item, in persona mandatis nondum subsecuto scelere, quod iniunctum erat, *l. ite apud Labeonem, 1. . . si quis mandauerit. ff. de iniuriis & similibus delictis.* Nec mouet † decisio. *l. finalis. ff. de crimine expilatæ hereditatis*, quæ non videtur laborare de alicuius animo, modo exitus rei 35
interuenerit: expedita enim solutio est, legem non esse intelligendam de animo delinquentis, quippe qui voluerit peccare, sed de supina ipsius existimatione, cum dolo malo, & ex deliberatione huiusmodi flagitia designentur, quo casu diximus ignorantiam qualitatis, vel potius prætextum ipsius parum suffragari. Idemque consulto magis probandum est, in crimine homicidii, vbi si quis nobilem interfecerit, non potest, quis eo commento pœnam, *l. Corneliæ*, discutere, vel etiam deprecari, quod nescierit illum, nobilem esse, cum ea lex omnes homicidas sine vlla discrimine puniat, *leg. prima. §. etsi hominem. ff. ad l. Corneliam. de sicariis.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Idem dicendum est, & de eo, gratia cuius agitur, & circa totum etiam actum.	ὁμοίως δὲ τὸ τοῦτον διαιρετέον, καὶ ὅτι τῶν οὗ ἕνεκα, καὶ περὶ τὴν πρᾶξιν.	*Similis autem distinctio in eo, cuius caussa res agitur adhibita sit, in tota denique actione.*

Idem dicendum.) Quę dicta sunt de casu & vi, qua quis commpellatur, eadem declarat philosophus, non incommode ad ea, quæ de caussa
39 & † aliarum circumstantiarum ignorantia disserere cœpit, totam denique actionem aptari posse, vt scilicet similibus exemplis illustrari possint, & deinde etiam indicent, atque distinguant animum quid sponte, aut contra voluntatem facientis.

Quando ignorantię, caussæ, & aliæ circumstiantę, id concilient, supra copiose explicauimus: quando autem tota actio id inducat, non facile fuerit exemplo comprehendisse. Nil tamen, meo iudicio, prohibet, quem ignorare omnes facti circumstantias, personam patientis, rem ipsam, caussam, modum, locum, tempus, denique vi eo compelli, vel casu in aliquod infortunium, quod cum delicto coniunctum sit, incidere, vt sunt † poti vltra modum. *d. c. inebriauerunt*, furiosi, *c. si quis in-*
37 *saniens, 15. q. 1.* dormientes. *l. 1. §. 1 ff. de acq. vel. amitt. possess.* quo referri po-
38 test exemplum eius, † qui ex tecto delapsus prętereuntem corpore suo oppresserit.

Translatio Argyropili.	Textus Græcus.	Translatio Zuuingeri.
Quod igitur ignoratur, aut non ignoratur quidem, non est autem in ipso situm, sed vi fit, id omne agitur ab inuito.	τὸ δὴ ἀγνοούμενον, ἢ μὴ ἀγνοούμενον μὲν, μὴ ἐπ' αὐτῷ δὲ ὂν ἤ, βίᾳ ἀκούσιον.	*Quod igitur ignoratur, aut cum minime ignoretur, tamen vel in eius, qui agit, potestate non est, vel ei vis adfertur, id ab inuito agi dicitur.*

Quod igitur ignoratur.) Hic edocemur non solum, quid inuitum facere, qui coactus illud faciet, sed etiam qui ignorans, qui denique er-
59 ret circa qualitates facti. Non memini me iura, † aut bonos auctores versantem, verbum inuiti in tam plena significatione deprehendere, sed ignorantiam inde potius distingui, *vt l. 26. ff. de reg. iuris*, quæ ita concepta est, qui potest inuitis nobis alienare, multo magis & ignorantibus, & absentibus potest, sed fortasse alia ratio est in dictione ἄκων, qua Aristoteles vtitur, & ignosci interpretibus debet, quod cum non singulis rebus definita sint vocabula, *l. 1. ff. de præscriptis verbis*, hanc vocē substituere voluerint, præterea sufficit in huius pronuntiationis expositione, latiorem

latiorem esse interpretationem, vt in appellatione tigni, & id genus aliis vocabulis euenire demonstraui, *§. cum in suo solo, titulo de rerum diuis. & acq. eorum dominio.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et eorum enim, quæ nobis natura competunt, complura scientes agimus, atque patimur, quorum nihil, aut nostra sponte, aut inuitis fit nobis, vt senescere aut mori.	πόλλα γὰρ καὶ τῶν φύσει ὑπαρχόντων εἰδότες, καὶ πράττομεν καὶ πάσχομεν, ὧν οὐδὲν οὔτε ἑκούσιον, οὔτε ἀκούσιόν ἐστιν. οἷον τὸ γηρᾶν, ἢ ἀποθνήσκειν.	*Nam multa sane eorum, quæ natura nobis affert, scientes & agimus, & patimur, quorum nihil nec sponte nostra, nec nobis inuitis fieri dicendum est, vt senescere, aut mori.*

Et eorum enim quæ nobis.) Quamuis vocabula sponte & inuiti tam late pateant, *vt supra differuimus,* tamen ad omnia, quæ scientes agimus & patimur, referri non possunt, veluti illa, quæ ex naturæ instituto, atque ordine, † in quouis homine eueniunt, vt senescere & mori: nemo enim mortalium hæc præstare potest, *l. illud. ff. de petit. hered. l. illicitas. §. sicuti medico. ff. de officio proconsulis*, nisi fingamus hæc arte veneficarum præter naturæ cursum alicui illata. Enimuero tunc & inuitus videbitur hæc & similia pati, & factum seuera vltione punietur, siue alteri, siue etiam sibi huiusmodi mala ex tali fascinatione accersiuerit, *l. 2 & 3. C. de maleficis & mathematicis, & toto titulo. ext. de frigidis & maleficiatis.* 40

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Est autem in iniustis ac iustis similiter id, quod per accidens dicimus. Nam si quispiam depositum inuitus, & ob timorē reddiderit, nō est dicendū, hunc iustū aut ius agere, nisi per accidens, similiter est	ἔστι δ' ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ τῶν δικαίων, τὸ κατὰ συμβεβηκός· καὶ γὰρ ἂν τὴν παρακαταθήκην ἀποδοίη τις ἄκων καὶ διὰ φόβον, οὔτε δίκαια πράττειν, οὔτε	*In rebus iustis autem æque atque iniustis euenta locum habent. Nam si quis depositum reddiderit inuitus, & metu coactus, is neque iusto officio fungi, neque iustam rē agere dicendus est, nisi ex eue-*

dicendum, & eum iniuriã facere, atq; iniusta per accidens agere, qui cogitur, atque inuitus non reddit depositum.	δικαιοπραγεῖν βατίον· ἀλλ' ἢ κάτα συμβεβηκός. ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἀναγκαζόμενον, καὶ ἄκοντα τὴν παρακαταθήκην μὴ ἀποδιδόντα κάτα συμβεβηκὸς φατέον ἀδικεῖν πράττειν.	*tu itemque, qui necessitate coactus & inuitus depositum non reddit, is ex euentu iniuriam facere, resque iniustas agere dicendus est.*

Est autem in iniustis) Hactenus Aristoteles, quid sponte, aut ab initio suspiciatur, multis pręceptis, atque exemplis illustrauit, pergit vlterius & cum vno contrariorum cognito reliquum quoque percipiamus. *l. qui accusare. ff. de accus. Inst. de his qui sui vel alieni iuris sunt. in princip.* Ostendit idem nedum in iniustis rebus & actionibus, sed etiam iustis accidere, vt quis iusta faciat, non tamen ex voluntate, veluti si metu, aut vi compulsus depositum reddat,† vel rem, quam subtraxerat, restituat, *l. si vas. ff. de furtis l. inuito. ff. de reg. iuris.* Hinc medicinæ præmia illi non de-
41 bentur, qui vulnus inferendo vomicam alicuius aperuerit, & ita eundẽ sanarit.

Translatio Argyropili.	Textus Græcus.	Translatio Zuuingeri.
Eorum autem, quæ sponte agimus, alia cum electione agimus, alia sine electione. Ea cum electione agimus, quæ antecessit deliberatio. Ea sine electione, quæ nõ antecessit deliberatio.	τῶν δὲ ἑκουσίων, τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν, τὰ δ' οὐ προελόμενοι. προελόμενοι ὅσα προβουλευσάμενοι. ἀπροαίρετα δ', ὅσα ἀπροβούλευτα.	*Eorum autem, quæ sponte aguntur, alia consilio capto agimus, alia consilio non capto. Consilio capto, quæ re prius deliberata, non capto consilio, quæ re non ante deliberata, agimus.*

Eorum autem, quæ sponte agimus.) Hæc diuisio sponte facientium, quæ respondet distinctioni *legis perspiciendum. §. finali. ff. de pœnis,* eo pertinet, vt intelligamus, longe alia vindicta coerceri facinus,† quod consilio capto & deliberatione habita, quis consciscit, quam si sine vllo
42 tractatu in rixa, vel aliqua subita commotione animi idem concipiamus. Hinc animaduertimus latrones & grassatores, qui ex insidiis homines aggrediuntur, aut eosdem spoliant, maiori dignos odio

odio, etiam grauiore supplicio affici, *l. capitalium. §. latrones. §. & grassatores, ff. de pœnis.* Hæc eadem consideratio efficit, vt coniurationes in principem, & contra rempublicam, teterrimo animaduersionis genere expientur, *l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis.* Huic etiam accepto ferenda est decisio *c. pro humani, de homicid. 6.* quo illi, qui sicarios ad obtruncandum homines pretio redimunt, nedum diris pontificiis multantur, sed etiam nouissimo iudicio addicuntur.

Translatio Argyropili.

Cum igitur læsio sit in societatibus triplex, tunc sunt cum ignoratione peccata, cũ quispiam egerit aut circa quem, aut quod, aut quo, aut gratia cuius agere non putauit.

Textus græcus.

τριῶν δὴ οὐσῶν βλαβῶν τῶν ἐν ταῖς κοινωνίαις, τὰ μὲν μετ᾽ ἀγνοίας ἁμαρτήματά ἐστιν, ὅταν μήτε ὃν, μήτε ὡς, μήτε ᾧ, μήτε οὗ ἕνεκα ὑπέλαβε, ταῦτα πράξῃ.

Translatio Zuuingeri.

Iam cum in societate generis humani tria sint dãnorum genera, ea quidem cum inscientia coniuncta sunt errata, cum quis aut quem minime existimauit percutiendo, aut quomodo non putauit, aut quo instrumento non putauit, aut cu⁹ rei gratia non putauit, hæc egerit.

Inculcat hoc loco Aristoteles, quæ priori sua partitione complexus erat, additque effectum suæ distributionis, quod talia facta, quæ ex ignorantia totius rei, aut † circumstantiarum eius proficiscuntur, errata potius dicenda sint, quam flagitia. Nimirum, cum quis, aut quem minime existimauit percutiendo, aut quomodo non putauit, aut quo instrumento non putauit, aut cuius rei gratia non putauit, hæc egerit. &c. Potest dici, quod Aristoteles satis habuerit, præcipua quæque comprehendisse, vt & supra rem digessimus, vnde si quid desit, petendum erit. 45

Translatio Argyropili.

Nam aut non percutere, aut non hoc, aut non hunc, aut non gratia huiusce putauit, nõ vt vulneraret, sed vt

Textus græcus.

ἢ γὰρ, οὐ βαλεῖν, ἢ οὐ τούτῳ, ἢ οὐ τοῦτον, ἢ οὐ τούτου ἕνεκα ᾠήθη· ἀλλὰ συνέβη οὐχ οὗ ἕνε-

Translatio Zuuingeri.

Nam aut se non percussurum, aut non hoc instrumento, aut non hunc, aut non huius rei caussa, arbitratus

pungeret, aut non quem, aut non hoc modo.

καὶ φήσῃ· οἷον, οὐχ ἵνα τρώσῃ, ἀλλ' ἵνα κεντήσῃ, ἢ οὐχ' ὅν, ἢ οὐχ' ὥς.

est, verum accidit non id, cuius caussa se facere existimauit, sed longe aliud, verbi gratia, non vt vulneraret, sed vt pungeret, ferrum strinxit, aut non eum, quem putauit, vulnerauit, aut non quomodo voluit.

Nam aut non percutere, &c.] Hac in partitione rursum coniungitur i-
44 gnorantia totius cum inscientia partium, † aut circumstantiarum, subnectitque Philosophus, commissi erroris aliud exemplum; veluti si quis gladium distrinxisset, non vt aliquem vulneraret, sed vt leuiter pungeret. Hic rursum animaduertendum est, responsum Aristotelis, qui e-
45 uentum inde secutum, *infortunium* † vocet, parum videri congruere cum definitione iuris, *l. 1. §. diuus ff. ad l. Corneliam de sicariis*, vbi cauetur, quod si quis gladium distrinxerit & percusserit illum, in l. Corneliam incidere, deinde Pontifex, *c. finali. de homicid. in 6.* declarat, quod si quis mandauerit aliquem vulnerari, si ille occisus sit, aut in vulnere perierit, mandantem totius facti atque euentus secuti reum esse. Quare vix animaduer-
46 to, quo pacto assertio Arist. in tuto collocari possit, nisi ponamus aperte cõstare, aut † p rei euidentia signa, & circũstantias, q nõ habuerit animũ vulnerandi vel occidendi, sed leuiter cutẽ perstringẽdi, vel terrendi. Quid n. si cum illũ diuerberare posset, pedẽ, vel manũ attigerit, vel si cũ posset, illum mucrone transfodere, capulo gladii eundem incesserit, aut si, cum hastam in manu haberet, versa acie hastilis eundem percusserit, vel calce venabuli, *l. eum qui. C. de sicariis*, quam de calce loquentem, multi nostrorum interpretum ita exaudiunt. Quibus fundamentis iactis non obstabunt illa, quæ ex iure allata sunt, *l.* enim *prima. §. diuus, ff. de sicariis*, di-
47 stringentem gladium, & † percutientem in dubio constituit, animum occidendi habuisse, *c. finali, de homicidio in 6.* de tali facto accipi debet, quod plerumque cum periculo vitæ coniunctum est. Neque enim qui vulnerat, lancem in manu habet vel penicillum, ad cuius dimensionem vulnus infligere possit, & stulti illi cogitatio est, se velle vulnus inferre, quod lethale non sit, cum illud ex euentu pendeat, neque in potestate ipsius sit. Porro quæ sequuntur, æque periculosa esse videntur. Neque enim si quid circumstantiarum ferientem fugerit, factum tale infortunio expensum ferri debet; sed ita si præcipue circumstantiæ,
48 quæ constituere aut agere facinus, & hinc debitum supplicium soleant, eundem † fallant, cum ab eo, quod præualeat, res denominationem su-

mat, l. eum qui 118. §. 1. ff. de iniuriis. l. quaeritur, ff. de statu hominum. l. 1. ff appellat. pendente nihil nouari, & constituo Aristotelem non aliter sensisse.

Translatio Argyropili.

Atq; cum extra rationem fit laesio, infortunium est, cum non extra rationem sine tamen vitio peccatum. Etenim peccat quidem quispiã, cum in ipso est principium caussae, aduersa vero fortuna vtitur, cum est foris. Cum autem insciens quidem, sed non deliberatione praemissa, quispiã laedit, iniuria est, cuius generis ea sunt vniuersa, quae p iram efficiuntur, aliasq; animi perturbationes, quaecunq; necessario vel natura hominib. accidunt. Hae n. iniuriae sunt. Atq; ii, qui ob haec nocent ac peccant, iniuriam quidẽ faciunt, tamen nondum ob haec ipsa sunt iniusti vel praui. Non n. nocent ob prauitatem, sed cum nocet quis electione, iniust° est atq; prauus. Quapropter perrecte ea, quae proficiscuntur ab ira, non diiudicantur ex prouidentia fieri. Non n. is incipit, qui facit ira, sed is, qui procurauit ad irã. Praeterea non fit in talib. controuersia, si factum sit, necne, sed si iure sit factum.

Textus graecus.

ὅταν μὲν οὖν παραλόγως ἡ βλάβη γένηται, ἀτύχημα· ὅταν δὲ μὴ παραλόγως, ἄνευ δὲ κακίας, ἁμάρτημα· ἁμαρτάνει μὲν γὰρ, ὅταν ἐν αὐτῷ ἡ ἀρχὴ ἦ τῆς αἰτίας· ἀτυχεῖ δὲ, ὅταν ἔξωθεν. ὅταν δὲ, εἰδὼς μὲν, μὴ προβουλεύσας δὲ, ἀδίκημα· οἷον ὅσα τε διὰ θυμὸν, καὶ ἄλλα πάθη. ὅσα ἀναγκαῖα ἢ φυσικὰ, συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα γὰρ βλάπτοντες καὶ ἁμαρτάνοντες, ἀδικοῦσι μὲν, καὶ ἀδικήματά ἐστιν· οὐ μέντοι πω ἄδικοι διὰ ταῦτα, οὐδὲ πονηροί· οὐ γὰρ διὰ μοχθηρίαν ἡ βλάβη· ὅταν δ' ἐκ προαιρέσεως, ἄδικος καὶ μοχθηρὸς. διὸ καλῶς τὰ ἐκ θυμοῦ οὐκ ἐκ προνοίας κρίνεται· οὐ γὰρ ἄρχει ὁ θυμῷ ποιῶν, ἀλλ' ὁ ὀργίσας. ἔτι δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ γενέσθαι, ἢ μὴ ἀμφισβητεῖται, ἀλλὰ περὶ τοῦ δικαίου. ἐπὶ φαινομένῃ γὰρ ἀδι-

Translatio Zuuingeri.

Cum igitur nec opinato damnum illatum fuerit, infortunium nominatur. Cum autem non, nec opinatur quidem illud, sed tamen non malitiose. Erratum seu peccatũ est. Peccat n. tum quisq;, cum in ipso principium caussae inest, infortunatus est, cũ principium extra est. Ubi vero quis sciens laesit alterum, sed deliberatione non antegressa, iniuste factum est, exempli caussa, quaecunq; vel ab ira vel ab aliis affectib. qui cũ aut necessarii sint, aut naturales, hominib. accidunt. Nã q his impulsi laedunt alterũ, & qui his peccant, iniuriã illi quidẽ faciunt, & haec sunt iniuste facta. nondũ tamen pp ter haec iniusti, neq; im p bi sunt. Non n. malitiose dãnum illatũ est. Cum aũt consilio capto & de industria, tum & iniustus, & im p b° est dicẽdus. Qua pp ter recte, quae p iram fiunt, non de industria facta iudicãtur. Nõ n. prior laedit is, sed q lacessiuit atq; irritauit. Praeterea nõ est controuersia de facto, sed de

Ira namq; ob apparentem oriri iniustitiam solet. Non n. de facto perinde, atq; in commerciis contendunt, vbi necesse est, alterum improbum esse, si non id faciat obliuione, sed de re cõuenientes, iure an iniuria sit facta, disceptant. Qui autem fecit insidias, non ignorat. Quare alter putat iniuriã pati, alter non putat, quod si electione nocuerit, iniuriam facit. Atque his iam iniuriis est iniustus, qui iniuriam facit, cum comparationem rationum, atq; æqualitatẽ transgreditur: pari modo iustus etiam est, cum ius agit electione, ius autem agit, si solum sua sponte agit. Eorũ autem, quæ ab inuitis fiunt, alia sunt venia digna, alia non sunt venia digna.

κία ἡ ὀργή ἐστιν· οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς συναλλάγμασι περὶ τοῦ γενέσθαι ἀμφισβητοῦσιν, ὧν ἀνάγκη τὸν ἕτερον εἶναι μοχθηρὸν ἂν μὴ διὰ λήθην αὐτὸ δρῶσιν· ἀλλ᾽ ὁμολογοῦντες περὶ τοῦ πράγματος, περὶ τοῦ ποτέρως δίκαιον ἀμφισβητοῦσιν. ὁ δ᾽ ἐπιβουλεύσας, οὐκ ἀγνοεῖ· ὥστε, ὁ μὲν οἴεται ἀδικεῖσθαι, ὁ δ᾽ οὔ. ἂν δ᾽ ἐκ προαιρέσεως βλάψῃ, ἀδικεῖ. καὶ κατὰ ταῦτα ἤδη τὰ ἀδικήματα ὁ ἀδικῶν, ἄδικος, ὅταν παρὰ τὸ ἀνάλογον ᾖ, ἢ παρὰ τὸ ἴσον. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ δίκαιος, ὅταν προελόμενος δικαιοπραγῇ. δικαιοπραγεῖ δὲ, ἂν μόνον ἑκὼν πράττῃ. τῶν δ᾽ ἀκουσίων, τὰ μέν ἐστι συγγνωμονικά· τὰ δ᾽, οὐ συγγνωμονικά.

iure, ob iniustitiæ enim speciem animo obiectam ira cõmouetur. Neq; enim hic de facto controuersia est, vt in rebus contrahendis inter eos qui contraxerunt (quorum necesse est alterum esse improbum, nisi oblitus id faciãt) sed de facto vnum & idem sentientes, de iure dissentiunt atq; ambigunt. At qui cogitato læsit alterum, non ignorat. Itaq; qui ab irato læsus est, iniuriam se accepisse putat, qui ratus læsit, nullam fecisse se iniuriam existimat. Quod si quis consulto damnũ inferat, iniuriam facit, & qui his iniuriis inferendis iniurius est, iniustus est, cum vel a proportione vel æqualitate discesserit. Itemque iustus est tum, cum consulto iuste agit. Iuste agit autem si modo sponte & voluntate sua agat. Eorum autem, quæ inuite fiunt, alia venia digna sunt, alia non item.

Atque cum extra, &c.] Sequitur subdistinctio vltimi membri diuisionis ab Aristotele antea institutæ, contrahi quædam delicta capto, alia autem non capto consilio. Hæc vltima sectio ex duobus potissimum fontibus manare videtur, ignorantia scilicet circumstantiarum, cui adiicio casum & violentiam, de quibus cumulate supra ab Aristotele & nobis tracta-

tractatum est. Denique affectibus humanis, de quibus nunc tandem disceptat, tradens victum huiusmodi perturbationibus, nihil malitiose committentem, errare potius seu peccare, quam delinquere. Exemplũ
proponit in eo, qui † impulsus ira alterum lædit: hunc enim iniuriam 49
quidem facere, non tamen propterea iniustum aut improbum vocari debere. Reddit autem huius rei diuersas rationes, quod prior lacessatur, aut irritetur, deinde quod non de facto, sed de iure sit controuersia. Iratus enim nullam se fecisse iniuriam existimat, sed ob iniustitiæ aliquam speciem animo obiectam commouetur, & indignatione accenditur. Hæc subdistinctio in trimembri partitione, quam *ex l. perspiciendum. §. fin. ff. de pœnis*, supra retulimus, satis colligi potest, dum Iurisconsultus differentiam ibidem constituit inter eos, qui delinquunt ex proposito casu, & denique impetu. Posset non immerito dubitari, an definitioni Aristotelis sua auctoritas constet. Enimuero videtur in scrupulum incidere,
quod cum improbum & iniustum † appellet, qui semel, deliberatione 50
tamen interposita deliquerit, improbum enim & iniustum esse habitum, atque consuetudinem mali præ se ferre videtur. Habitus autem est qualitas, diuturna exercitatione siue repetitione multorum actuum ad idem tendentium &c. comparata, quod de illo, qui semel offendit, dici non potest. Pari ratione consuetudo frequentes actus requirit, *l. 1. C. quæ sit longa consuetudo. l. an in totum. C. de ædificiis priuatis.* Pugnat deinde hæc i-
psa Aristotelis decisio, cum manifesta sanctione iuris, quæ † declarat et- 51
iam iratos delinquere, & pœna ordinaria puniendos esse, *l. aut facta, §. 1. ff. de pœnis. l. si non conuitii. C. de iniuriis. cap. si quis iratus. 15. q. 1.* Verum enimuero, si quis iratos impunitate donare velit, per consequens omnia crimina relinquentur inulta, quod nemo sine commotione animi facile aliquem aggrediatur, illi vim inferat, multo minus eundem occidat. Accedit tertio difficultas, quæ nascitur ex conclusione, quam extremum huius capitis obtinere Philosophus voluit, dum ait: *quæcunq; enim non solum inscientes, sed etiam per inscientiam peccant homines, iis ignoscendum est, quæcunq; vero non propter inscientiam peccant, sed quamuis inscientes, tamen perturbationibus, nec naturalibus, nec humanis incitati, iis non est ignoscendum.* Colligitur enim per argumentum a contrario sensu, quod admodum probabile esse docent Dialectici, & ipse Aristoteles in Topicis, nec dissimulant leges nostræ, *vt l. 1. ff. de eo cui mandata est iurisdictio. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testamento. l. si quis seruo. C. de furtis, c. cum apostolica,*

extra

extra, de his quæ fiunt a prælatis sine cõsensu capituli, eos, qui humanis perturbationibus atque naturalibus inducti, peccarit, pœnam legib. constitutam, euadere. Quare vt tam infestos obices pro virib. ingenii nostri tollamus, singulis argumentis singulas solutiones accommodare conabimur. Discrimen, quod ex prima impugnatione adire possemus, meo iudicio hoc modo depellere poterimus, vt ad vocandum aliquem iniustũ vel improbũ, non requiramus frequentiam actuum, sed satis esse statuamus, quod sciens & prudẽs atq; deliberatione præuia deliquerit. Fur enim est,
52 qui † lucri faciendi caussa quid clam interuertit, quãuis pœnitẽtia adductus, postea restituere velit, *l. qui ea mente. ff. de furtis.* Depositi fidem frangit, qui rẽ custodiæ ipsius comissam vendit, quãuis postea eãdẽ redimat, *l. 1. §. si rẽ. ff. de pos.* adpelland' fugitiu', q semel fugã cõsciuerit, quãuis postea redeat, *l. quis sit fugitiuus. ff. de æd. edict.* deinde illũ sicariũ dicimus, q vel vnũ hominem occiderit, *l. 1. §. & qui hominem. ff. ad l. Cornel. de sicariis.* Porro in his omnibus intelligimus consilium deliquendi præcessisse. Idem in aliis criminibus quoque euenit. Plane nemo inficiabitur, fures sicarios, latrones, & id genus homines iniustos atque improbos esse. Nec mutant, quæ de consuetudine commemorata sunt, cum prior responsio etiam hunc scrupulum dissoluat, & in dilictis deliberatis, quis ex consuetudine obduruisse intelligatur, qui secundo scelus repetierit, *l. nemo in final. C. de episcopal. audient. l. inde Neratius. ff. de seruo corrupto,* Difficultas secundo
53 & tertio loco mota, quæque ad eundem effectum tendit, tolletur, si omnia requisita, quæ Aristoteles proponit, interuenisse † imaginemur, vt & lacessitus quis irasci cœperit, & iure se facere existimauerit. Dum fingimus illum prouocatum, non de quauis futili irritatione illud intelligimus, veluti si imponi sibi lusu alearum, vbi de minimo contenderetur, existimauerit, vel si sales non vsque inciuiles ferre non potuerit, vel si leuiter pulsatus statim ad gladium confugere voluerit & hominem occiderit; aliud autem obtinere censemus si graui vulnere accepto exacerbatus se cohibere non potuerit, sed aduersariũ interfecerit, & quidẽ si hoc cũ moderamine inculpatæ tutelæ factũ sit, illũ iure absoluimus, *arg. l. his qui aggressorem. & l. si percussorem. C. ad l. Corn. de sicariis, l. sed et si quemcunq;. ff. ad l. Aquil. l. vt vim. ff. de iust. & iur.* Sin aũt modũ tutelæ excesserit, & vindictæ caussa eundem occiderit, hoc casu definitio Arist. iure nostro locũ habere non poterit, *l. scientiam. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. furem. ff. ad l. Corn. de sicariis,* multo minus caussam eius asserere poterunt, alia, eaque leuiora, iræ

inci-

incitamenta, veluti si inciderit in furem, quid rei suæ subtrahentem, *c. suscepimus. & c. significasti, de homicidio voluntario vel casuali. c. si fur perfodiens. eodem. titul. leg. tertia. §. final. ff. ad leg. Aquil. l. ex plagis. §. si tabernarius. eodem. titul.* vbi tabernarius oculos alicui eruens, non excusatur repetens laternam furto, vel per vim amotam, sed requiritur, vt aliud rixæ initium ipsi suffragetur, veluti quod flagello cæsus sit, cui dolor inerat; nec maritus pœnam extraordinariam effugit, qui adulterum cum vxore deprehensum iusto dolore accensus necarit. *l. 3. §. final. ff. ad leg.* 54
Cornel. de sicar. cum † tamen acerbitas doloris illum propius attingat, quam patrem, cui ius est, omnem adulterum, cum filia rem habentẽ, occidere, *l. nec ea. ff. ad l. Iuliam de adulter.* Sed promta differentiæ est ratio, quod pater non possit id iuris in adultero exercere, nisi & filiam quoque interficiat. Patris autem pietas plerumque consilium pro vita filiæ capit. Mariti autem impetus, facile decernentis, lege refrænandus erat, *d. l. nec in ea. in fine.* Porro si illa irę sit vehementia, vt omnia mentis officia, tãquam furiosi perstringat, hoc casu non improbauerim Arist. traditionẹm, cum furor in delictis excuset, *l. diuus. ff. de officio præsidis.*

Translatio Argyropili.

Nam ea quæ non solum ignorantes, sed ob ignorantiam etiam faciunt, ignoscenda sunt. Sed ea, quæ faciunt non ob ignorationem, sed ignorantes quidem, ob affectum autem autem non naturalem neque humanum, non sunt venia digna.

Textus græcus.

ὅσα μὲν γὰρ μὴ μόνον ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά· ὅσα δὲ μὴ δι' ἄγνοιαν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες μὲν, διὰ πάθος δὲ, μήτε φυσικὸν, μήτ' ἀνθρωπικὸν, οὐ συγγνωμονικά.

Translatio Zuingeri.

Quæcunq; enim non solum inscientes, sed etiam per inscientiam peccãt homines, iis ignoscendum est, quæcunq; vero non propter inscientiam peccant, sed quamuis inscientes, sed tamẽ perturbationib. nec naturalib. nec humanis incitatis non est ignoscendũ.

Nam ea quæ non solum ignorantes, &c.] Hæc philosophi conclusio effectum longæ disceptationis, quæ hoc capite instituta fuit, proponit. Atque trimembrem decisionem complecti uidetur, ꝙ illis ignoscendum sit, q quidam delicta ignorantes, atq; per ignorantiã cõmittunt. Secundo, ꝙ in eadẽ conditione sint, qui affectib. humanæ naturæ, congruentib. impulsi id fecerunt. Tertio, ꝙ longe aliud ꝓbandũ, si non ꝓpter inscientiã, sed tamen inscientes moti ꝑturbationib. non naturalib aut humanis, qd ꝑpetrarint. Ceterum ne plenior & ꝑiculosa libertate diffluens oratio aliquid

55 absurditatis pariat, reuocandas illas conditiones † constituo, *quas supra complexus sum*, vt ignorantia circa totam actionem interuenerit, vel circa illam partem aut qualitatem, cuius contemplatione pœna proposita fuit: alienissima enim a iustitiæ conuenienti proportione illa interpretatio esset, *nesciuit esse patrem illum, quem occidit, aut putabat se solum vulneraturũ*, Ergo, *talem illum iure puniri non debet*. Eadem de iniuriis casu, vel per vim alienam illatis, dici possunt. In secundo membro tales conditiones iustiori ex caussa requirimus, si tractetur de remissione totius pœnæ. Etenim effectus harum circumstantiarum in hoc elucere solet, vt ordinaria pœna plerumque in extraordinariam conuertatur, *d. l. 3. §. fin. ff. ad l. Corn. de sicariis.*

Porro quem sensum postremum conclusionis membrum habeat, extricasse, non fuerit in procliui: ne tamen quę mei sunt iudicii dissimilem,
56 existimo Aristotelem intelligendum † esse de perturbationibus, a communis naturæ humanæ motu abhorrentibus, veluti si quis propter minimam offensionem vltra modum excandescat, & eo prætextu aliquem occidat. Enimuero in ipsa irascendi ratione debet aliqua esse proportio, idem putamus etiam de ceteris affectibus & perturbationibus.

CAPVT IX. SECVNDVM DIstinctionem Argyropili.

An iniuria volenti inferatur.

SVMMARIA.

1 *An quemadmodum nemo iniuriam inferre dicitur, nisi adsit eius voluntas, ita quoq; nemo sua sponte lædi possit.*
2 *Quod operatur propositum in proposito, idem quoq; præstat oppositum in opposito.*
3 *Iura etiam inuitis tribui, idq; commonstratum exemplis.*
4 *Rerum iustarum quis ex euentu potest esse particeps.*
5 *Declaratus Aristoteles in quæstione, an sponte quis iniuriam pati possit.*
6 *Cur quadrupes pauperiem, non damnum dare dicatur.*
7 *An qui iniuriam accepit, paratus esse debeat ad aliam perpetiendam.*
8 *Neminem esse dominum membrorum suorum.*

9 Ex

9 *Ex delicto nedum accipientem, sed totam cognationem, & ipsam Rempub. lædi, & quare.*
10 *Iniuria verbum multas recipere significationes.*
11 *An testamento remittens iniurias, quæ ipsi cum aliquo fuerint, videatur iniuriam in specie, an in genere remittere.*
12 *An qui ex negligentia delinquit pœna ordinaria affici debeat.*
13 *Distinctio, an cui sponte iniuria inferri possit.*
14 *Nullum christianum sine summo scelere sibi manus inferre posse.*
15 *An voluntas mulieris, quæ sponte rapiatur, delictum raptoris minuere possit.*
16 *Permutatio armorum Glauci & Diomedis.*
17 *Quilibet est arbiter & moderator rerum suarum.*
18 *Qui alteri ex temporalibus bonis plus tribuit quam sibi, iniuriam non patitur, & quare.*
19 *An idem procedat, si quod deest ex alia caussa non compensetur.*
20 *Declaratus in præcedenti quæstione Aristot. interesse scilicet, an quis sua distribuat, an vero quæ iure gentium communia erant.*
21 *Non semper laudanda curiositas.*
22 *A rebus inanimis vel ratione carentibus ad hominem quando argumentatio procedat.*
23 *Bruta animalia nonnunquam pœnæ nomine concremari & ratio.*
24 *Seruum iussu domini piraticam exercentem non excusari.*
25 *Diuersum ius esse in delictis leuioribus.*
26 *Iudicem, contra leges quid pronuntiantem, quasi maleficium contrahere.*
27 *Crassior est ignorantia iuris naturalis, quam ciuilis.*
28 *Pœna iudicis, qui sciens contra leges quid faciat.*
29 *An, qua ratione in potestate hominum est iniuriam facere, eadem ratione sit in manu eorum iusta facere, & iustis esse.*
30 *An nullius sit sapientia iusta & iniusta nosse.*
31 *Nulla iniquitas aut iniustitia apud cœlites cognita.*
32 *Iustum non facere iniuriam nisi aliquando ex euentu.*
33 *Semel malus, maxime si ex consuetudine obdurnerit, semper malus censetur.*
34 *Probus non facile relinquit viam, quam semel instituit.*
35 *Non satis est leges scire, nisi quis illarum vim & potestatem intelligat.*
36 *Vis rationis in expositione legum.*

CCC

37 *Ea circa, quæ medicina versatur cognouisse non est magni ingenii, ceterum iudicii est & experientiæ intelligere quomodo & cui & quando adhibenda sint.*

38 *Exempla iuris, quæ prima facie cognitu facilima videantur, diuersum autem obtineat, si ponderentur cum circumstantiis.*

39 *Vbi grauius periculum propositum est, ibi magis aduigilandum.*

40 *Scire leges, non intelligitur, qui pauca præcepta memoria teneat, vel regulas iuris recitare possit.*

41 *Vbi nulla emendationis spes est, ibi sectioni locus est, vt malum e medio tollatur.*

Translatio Argyropili.

Ambiget autem quispiam si determinatum sit satis, de faciendo patiendoque iniuriam. Atque si ita sit, vt Euripides inquit, absurde dicens.

Quæris parentem quomodo occidi meam?

Sermo est breuis, non exitus longos habet.

Volens volentem, vel volentem non volens.

Vtrum enim reuera sua sponte quispiam iniuriam patiatur, an nemo, sed omnes inuiti, quemadmodum & omnes, qui iniuriam agunt, sua faciunt sponte? Et vtrum omnes hoc modo, an quidam inuiti similiter, & cum patiuntur homines iniu-

Textus græcus.

ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ ἱκανῶς διώρισται, περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ τοῦ ἀδικεῖν· πρῶτον μὲν, εἰ ἔστιν ὥσπερ Εὐριπίδης εἴρηκε, λέγων ἀτόπως, μητέρα κατέκτα τὴν ἐμήν· βραχὺς λόγος, ἑκὼν ἑκοῦσαν ἢ θέλουσαν οὐχ ἑκών· πότερον γὰρ ὡς ἀληθῶς ἔστιν ἑκόντα ἀδικεῖσθαι, ἢ οὔ, ἀλλ' ἀκούσιον ἅπαν ὥσπερ καὶ τὸ ἀδικεῖν πᾶν ἑκούσιον. καὶ ἆρα ἅπαν οὕτως ἢ ἐκείνως, ὥσπερ καὶ τὸ ἀδικεῖν πᾶν ἑκούσιον, ἢ τὸ μὲν ἑκούσιον τὸ δ' ἀκούσιον· ὁ-

Translatio Zuingeri.

Dubitare autem posset aliquis, si modo satis distincte de accipienda & faciēda iniuria a nobis disputatum est. Primum quidē vtrū ita se res habeat, vt dixit Euripides, cui' hæc sunt absurde sane dicta. Matrem vt meam necauerit paucis loquar? Volens volentem, vel volentē nō volens. Quæri n. potest vtrum possit quisquam vere iniuriā sua volūtate accipere, necne, sed poti' omnis inuito fiat iniuria, quēadmodū & quisq; iniuriā facit, sponte facit, hoc est, vtrū omnis iniuria accipiatur, vel hoc vel illo modo (quemadmodum & iniuriam quisque sua voluntate facit) an aliqua sit, quam

nam-

nam omnes cum ius agunt, sua faciunt sponte.

μοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοῦσθαι· τὸ γὰρ δικαιοπραγεῖν πᾶν ἑκούσιον.

quis sponte sua accipit, aliqua, quam inuitus. Atq; hoc idem de iure obtinendo quæri potest. Quisquis enim iuste agit, sponte agit.

Ambiget autem quispiam, &c.] Relatis quibusdam Euripidis versiculis, Philosophus in disceptationem reuocat, *an quis iniuriam sua voluntate accipere possit?* In negatiuam partem, primo, ad hunc modum ratiocinatur. *Nullus nisi sponte* † *iniuriam inferre potest*, consectarium itaq; est, 1
vt nullus iniuriam accipere possit, quam inuitus. Idemque & iure nostro vtroque in membro caueri videtur, primo, dum delicta metiuntur, ex voluntate. *l. sæpe ita comparatum est, 53. in fine. ff. de verborum. signif. l. illud. 4. ff. de iniuriis. cap. cum voluntate, extra de sentent. excommun. l. verum & l. qui iniuria. ff. de furtis, l. diuus. ff. de officio præsidis.* Altero, dum statuunt volenti nullam iniuriam inferri, *l. 1. §. adeo. ff. de iniuriis. & l. si quis seruum 26. eod. tit. l. non solum. §. 1. l. finali. eod. tit. l. 2. ff. de senat. Syll.* item quod non fraudentur, qui sciunt & consentiant, *l. 7. §. 4. quæ in fraudem gesta sunt. l. nemo. ff. de reg. iuris.*

Translatio Argyropili.

Quare consentaneum est ratione, similiter opponi eos, qui iniuriam, & qui ius patiuntur, vt aut sponte patiantur aut inuiti.

Textus græcus.

ὡς εὔλογον ἀντικεῖσθαι ὁμοίως καθ' ἑκάτερον, τό, τ' ἀδικεῖσθαι καὶ τὸ δικαιοῦσθαι, ἢ ἑκούσιον, ἢ ἀκούσιον εἶναι.

Translatio Zuuingeri.

Itaque consentaneum est, vtraque similiter inter se opponi, iniuriam accipere, & ius suum obtinere, vt vtrunq; vel sponte perferatur, atq; obtineatur, vel inuite.

Quare consentaneum est, &c.] Subnectit hoc loco Aristoteles secundum argumentum, quo superior assertio confirmari videatur, quod scilicet cum contrariorum eadem disciplina sit & cognitio, *l. etsi contra. ff. de vulgari & pupill. substit.* & nemo intelligatur ius suum obtinere, nisi sponte illud consecutus sit. Idem quoque videatur probandum, cum de iniuria disceptatur, vt scil. † quod operatur propositum in proposito, idem 2
quoque efficiat oppositum in opposito, *l. finali. §. finali. ff. de legat. 3.*

Translatio Argyropili.

At absurdum videbitur si omnes etiã ius pati sua sponte dixerimus, nonnulli namque non sua sponte ius patiũtur.

Textus græcus.

ἄτοπον δ' ἂν δόξειε, καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοῦσθαι, εἰ ἅπαν ἑκούσιον. ἔνιοι γὰρ δικαιοῦνται οὐχ ἑκόντες.

Translatio Zuuingeri.

Sed absurdum videri possit etiam in suo iure obtinendo, si omnis, qui ius suum obtinet, sponte obtineat. Nonnulli n. ius suum obtinent nõ sua voluntate.

At absurdum videbitur, &c.] Philosophus in hac sectione argumentum, quod pro fulcienda superiori sententia allatum erat, impugnat, cõ-
3 stituit enim multos, etiam inuitos, ius suum † obtinere, veluti dum pœna improbitati debita persoluitur, *l. perspiciendum. ff. de pœnis. §. pœna. Inst. de iniuriis. l. item apud Labeonem. §. prætor. l. eum qui 18. §. si nupta. ff. de iniuriis*, aut cum pueri pro modo lasciuiæ emendantur, *l. vnica. C. de emend. propinq.* aut quando quis inuitus ad viam salutis vocatur. *c. displicet. 23. q. 5. l. 19. §. iustitia. ff. de iustit. & iure.*

Translatio Argyropili.

Enimuero de hoc quoque quispiã dubitauerit, si omnis qui passus est iniustum, iniuriam patiatur, an vt in agendo sic & in patiendo res sese habet. Etenim fit vt ad vtrumque per accidens, ipsa iusta accommodentur, & eodem modo iniusta. Non enim est idem iniusta agere, & iniurias agere, neque iniusta pati & iniurias pati, similiter & in agendo patiendoq; ius.

Textus græcus.

ἐπεὶ καὶ τόδε διαπορήσειεν ἄν τις, πότερον, ὁ τὸ ἄδικον πεπονθὼς, ἀδικεῖται πᾶς ἢ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ πράττειν, καὶ ἐπὶ τοῦ πάσχειν ἐστί· κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ ἐνδέχεται ἐπ' ἀμφοτέρων μεταλαμβάνειν τῶν δικαίων ὁμοίως δὲ δῆλον, ὅτι καὶ τῶν ἀδίκων· οὐ γὰρ ταὐτὸν τὸ τὰ ἄδικα πράττειν, τῷ ἀδικεῖν· οὐδὲ τὸ ἄδικα πάσχειν, τῷ ἀδικεῖσθαι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοπραγεῖν καὶ δικαιοῦσθαι.

Translatio Zuuingeri.

Tum vero hoc quoq; dubiũ cuipiã esse possit, vtrũ quisq; aliquid iniusti ꝑtulit, iniuriã accepisse dicendus sit, an vero vt in agẽdo, sic si res habeat in ꝑpetiendo. Cõtingere n. potest vt quis ex euẽtu in vtroq; rerũ iustarũ sit particeps. Fieri aũt similiter posse, vt quis rerũ iniustarum sit particeps ꝑspicuũ est. Nõ n. est idẽ res iniustas agere, atq; iniuriã facere, neq; res iniustas perferre atq; iniuriã accipere. Idemq; de re iuste agenda, & de iure suo obtinendo sentiendum.

Enimuero

Enimuero de hoc quoq;, &c.] Quod in præcedenti articulo Arist. obiecit, illud in hoc §. subtilius exsequitur distinguens, vt etiam fecit superiori capite VIII. dum describit, quid intersit inter factum iniuriam inferentis & iniuste agentis, inter eum, qui iniuste aliquid pertulit & iniuriam accepit, inferendo, quod iniustum est, perpeti etiam volentem posse, iniuria autem affici nullum, nisi inuitum. Confirmans, quæ dicta sunt, ratione, quod † ex euentu quis iustarum rerum possit esse particeps, item & 4
iniustarum, veluti si quis properet ad complexus alienos, & incidat in vxorem, quæ inducta ab ipsius amico, ne is adulterio se contaminaret, in locum obscuriorem fuerat, aut contra, si cum arbitratur se rem habere cum sua coniuge, deceptus commercium habeat cum pellice.

Translatio Argyropili.

Fieri enim non potest, vt patiatur quispiam iniuriam nisi quis iniuriam faciat, aut ius patiatur, nisi iusquispiam agat. Quod si simpliciter iniuriam facere sit sua sponte quempiam lædere, & id ipsum sponte inquam lædere, sit lædere scientem & quem, & quo atq; quomodo. incontinens autem ipse sibi sua noceat sponte, ipse nimirum iniur. am patitur sua sponte. fierique potest, vt sibiipsi iniuriã faciat. atq; hoc etiam ipsum, vnum quid est eorum, quæ dubitantur, si fieri inquã possit, vt sibiipsi quispiam iniuriam faciat.

Textus græcus.

ἀδύνατον γὰρ ἀδικεῖσθαι, μὴ ἀδικοῦντος, ἢ δικαιοῦσθαι, μὴ δικαιοπραγοῦντος. εἰ δ' ἐστὶν ἁπλῶς τὸ ἀδικεῖν τὸ βλάπτειν ἑκόντα τινά. τὸ δ' ἑκόντα, εἰδότα καὶ ὃν, καὶ ᾧ, καὶ ὥς. ὁ δ' ἀκρατὴς ἑκὼν βλάπτει αὐτὸς αὑτὸν, ἑκών τ' ἂν ἀδικοῖτο καὶ ἐνδέχοιτο αὐτὸν αὑτὸν ἀδικεῖν. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἓν τῶν ἀπορουμένων, εἰ ἐνδέχεται αὐτὸν αὑτὸν ἀδικεῖν.

Translatio Zuuingeri.

Nam fieri non potest, vt quisquã iniuriam accipiat, nisi sit qui faciat, aut vt ius suũ obtineat, nisi sit qui iuste agat, iustiq; iudicis munere fungatur. Quod si iniuriam facere simpliciter est alicui sua sponte nocere, sponte autẽ nocere, est scientem & cui, & quo, & quomodo noceas. incontinens autem sua spõte sibi ipse nocet: ergo sponte sua iniuria afficietur, & fieri poterit, vt quis se ipse iniuria afficiat. At hoc etiam vnum est ex iis, quæ dubitantur & quæruntur, fierine possit, vt quis ipse sibi iniuriam faciat.

Feri enim non potest, &c.] Redit ad argumentum quod supra semel atq; iterum ingesserat, quod cum fieri nequeat, vt quis † cum iniuria afficiat, 5
quem sua sponte non lædit, ita etiam non possit volenti iniuria inferri,

quamuis præter iuris normā damno percelli queat. Videamus itaq; quid
in vtriusq; argumentationis mēbro iura nostra decernant. Et quidē a ne-
mine cū voluntate patientis vllam iniuriam posse ꝓficisci, arguunt leges
& responsa, supra a nobis in medium allata, illamq; sententententiam etiam
6 cōmendat iuris nostri definitio, q̄ quadrupedē, ꝙ iudicio careat, nedum
iniuriā,† sed damnū dare negat, ꝙ inde acceptum sit incōmodi pauperiē
appellādo, *l.1. & tot.tit.ff. si quadrupes pauper. fecisse dicatur.* Vrgent e diuer-
so, ꝙ *l.1.ff. de legib.* in ipsa definitione cōprehenditur, ꝙ lex sit commune
ꝑceptū, virorū prudentiū consultū, delictorū, quæ sponte vel ignorantia
contrahuntur, coarctio, cōmunis reip. sponsio, ꝙ sępe casum ꝑstare coga-
mur, *l. q occidit. 30. §. pen. ff. ad l. Aquil. l. 27. si seru. seru. §. si ex plostro. d.l. idē. 8. §.*
mulionem l. si ex plagis. 52. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. quod non solum de facto
nostro teneamur, sed etiam aliorum, vt seruorū, *l.1. in pr. & §. q igitur. ff. de*
vi & vi armata. tot. tit. de noxal. action. filior. §. *action. Inst. de act.* domesticor.
l. videamus, ff. locati, auth. qua in prouincia C. vbi de crimine agi oportet. Pari
7 ratione etiā volens † iniuriā accipere videtur, cū ex ꝑcepto diuino parati
esse debeamus, ad omnē iniuriam a proximo nostro ferendā. *c. paratus 23.*
q.1. Neq; hæc res prohibeat, quo min' quis & accusari de flagitio cōmisso
8 & condemnari possit, *l. si quis in hoc genus sacrilegii. C. de epis. & cler.* Accedit
ꝙ nemo sit † dominus membrorū suorū. *l. liber homo. 13. ff. ad l. Aquil.* ꝙq;
ex iniuria, qua vnum insectati sumus, plures sępe, quę diuersis debeantur,
nascātur actiones. *l.1. §. fin. ff. de iniur. & d. §. adeo. & l. si quis seruū. eod. tit.* imo
vt vnius pœna metus possit esse multorum. *l.1. C. ad l. Iul. repet.* transactio
9 cum illo, qui læsus sit, aut cum heredib. † ipsius instituta non ꝓhibet, quo
minus magistratib. reipub. ius suum saluū sit, ꝙ vigor publicæ disciplinæ
illud exposcat, *l. licitatio. §. quod illicita. ff. de publican.* Interest n. reipub. ne
crimina impunita relinquantur, *l. ita vulneratus. 51. ff. ad l. Aquil. l. qui seruū.*
ff. de interrogatoriis actionib. vt & patientis audacia reprimatur, *l. operis. C. de*
pœnis, & ceteri a delinquendo deterreantur, *l. capital. §. fin. ff. de pœnis,* vt o-
mnis occasio tumultus & maioris mali, q̄ ex hoc fonte manare possit, ꝑci-
dat, *l. non est singulis. ff. de reg. iur.* vt tuta inter malos possit esse innocentia,
c.2. dist.4. Hisce & similib. difficultatib. ꝓpositis, nō adeo expedita ratio est
inde se extricandi, eritq; eius rei inuestigatio tanto tædiosior, ꝙ dubitari
possit, an conuenientē vtilitatē allatura sit, cū de effectu siue dispositione
iuris cōstet, quāuis in verbis q̄d ambigui & ꝑplexi esse possit. Puto tamen
talē indagationē momēti, ꝙ satis est, aut laborib. respōdere possit, facturā.
10 Sciēdū † itaq; est, iniuriæ verbū iure nostro triplicē habere significationē.

Primū, vt cōplectatur omne idq̄ nō iure fiat. *Secūdo*, vt designet cōtumeliā, q̄ quis accepit. *Tertio*, vt demonstret, damnū q̄ l. Aquil. vindicari solet, vt videre licet, *in l. 1. ff. de iniur. & Inst. eod. tit. in pr.* siue igit hoc vel illo modo, iniuriæ verbū accipere velim⁹, nō animaduerto, quo fundamento distinctionē Arist. velimus ab omni pıculo asserere, nisi quis existimet, nomen grecū *ἀδίκημα* vel verbū vnde deducit, *ἀδικεῖν*, habere significationē, q̄ verbo latino non respōdeat. Ego aūt statuo pter has significationes, *de quib. s. meminimus*, esse adhuc aliā, q̄ peti possit, *ex l. 1. ff. si quadr. pauper. fecis. dic.* vt referri debeat ad illos, q̄ scientes iniuriā faciant, fortasse quoq; & eos, qui inuiti siue contra voluntatē læsi sunt, & puto sufficere, q̄ expositione & auctoritate Arist. in p̄senti loco huiusmodi significationē habeat. Quo ad misso adhuc req̄rēdū est, an hęc doctrina, si dispositionē iuris intueamur, sequenda sit & non puto sine distinctione sequendā, q̄ disq̄sitio vtilitatē 11
in definiendo p̄bere poterit, si quis testamento iusserit, q̄ iniuriæ † a Titio acceptū esset, illud remitti debere, vel si cui ex delegatione iniunctū sit, vt de iniuriis q̄ versent inter Titiū & Mæuiū, cognoscat, vel si lege municipali caueatur, q̄ qui iniuriā alicui fecerit, is certā sūmā mulctæ nomine cogat magistratui soluere, & q̄dē nō puto, traditionē Arist. cū legib. in hac parte cōuenire. Is n. vt iniuriā fecisse dicat, exigit vt sciēs & prudēs fecerit, nihil circūstantiarū ignorauerit, sc. cui, quo instrumento, quo modo, nisi & hic vtamur & illa restrictione, & cautela qua prox. cap. VIII. vsi sumus, sane iure nostro etiā ignorātes dicunt delicta cōtrahere & iniuriā facere, *vt s. visū est*, q̄ intelligim⁹ cū certa moderatione, si culpa negligētiæ p̄cesserit. *l. reg. §. 1. ff. de iur. & fact. ignor. l. 2. C. de crim sacril. l. constit. C. de l. l. milites ff. de cust. & ex. reor. c. innotuit, ext. de elect. & c. bone. 2. ext. de postul. prælat.* q̄ & ipsū philos. nō puto negaturū fuisse. His aūt casib. dicunt q̄ dē p̄pter supinā ignorantiā & negligētiā delinquere, pœna † tamē ordinaria nō facile 12
infligi solet. Dico nō facile, q̄ extent casus, in quib. aliud respōdet, *vt d. l. milites. & l. cōmentariens. C. de cust. & exhib. reor. l. omne delictū. §. fin. ff. de re milit.* Idē etiā p̄bam⁹ in illis casib. q̄b. q̄s ex delicto alieno tenet, vt sc. culpa ipsius negligentiæ puniat q̄ suos in officio nō cōtinuerit. Quod vero † ad 13
secundū mēbrū q̄stionis p̄positæ attinet, an q̄s ab alio sua voluntate possit accipere iniuriā, cōstituo interesse, an cōsensū p̄stiterit, an vero ex pia cogitatione & p̄scripto religion. dissimulauerit, atq; ęquo animo, q̄ factū erat, ptulerit, vt hic iniuriā accepisse dicat, *d. c. parat. 23. q. 1.* & suo nomine nihilomin⁹ q̄s expiri possit, *d. l. si q̄s in hoc gen⁹. C. de S. S. eccl.* illic vero adhuc subdiuisione opus sit Etenim refert, an q̄s pecuniis illum emunxerit, vel

verbis tantum eundē prosciderit, an vero verberib. vel vulnere incesserit, maleq; multarit. Primo & secundo, si eo sciente & assensum præbente hæc euenerint, non potest intelligi iniuria affectus esse, *l. 6. §. præterea. ff. quæ in fraudem. cred. gest. sunt. l. 1. §. adeo. l. non solum. 11. §. 1. si quis seruum. ff. de iniuriis.* Tertio & vltimo casu puto, illum iniuriam accipere, & etiā sibi inferre posse, *d. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. l. 1. ff. de his qui sibi mortē consciuer.*
14 idq; iustiori ex caussa in homine † Christiano probandū est, dū man⁹ sibi inferendo salutē animæ suæ, de qua Arist. & alii Ethnici non laborarunt, in certissimum discrimen committit, ita vt ex tali facto malus & im℘bus censeatur, *d. l. cum antē 23. §. excipitur, & ille. ff. de ædil. edict.* meo iudicio tamen hoc casu non posset decerni actio iniuriarum, de qua in titulo *de iniuriis,* cū contumeliā non videatur fecisse, qui non contemserint, *d. l. 1. ff. de iniur.* sed eius voluntate id fecerint, *d. l. 1. § adeo. & l. 26. eod. tit.* Porro l. Aquiliæ actio in diuersa conditione erit, quod tali iniuria affectus sit, deinde & publica accusatio, & inquisitio, locum habebit, *d. l. vnica. ff. de his qui sibi mortem consciuere.*

Translatio Argyropili.

Præterea fit vt sua sponte quispiam ob incontinentiam ab alio sponte nocente ledatur. Quare fit vt sua sponte quispiam iniuriam patiatur. An definitio dicta non rectē sese habet, sed huic, ledere inquam scientem quem & quo atq; quomodo, hoc est, addendum præter illius voluntatem. Læditur igitur sua quispiam sponte patiturque iniusta. Sed iniuriā sua sponte patitur nemo. nemo namq; vult, neq; incontinens ipse, sed præter voluntatem agit. Ne-

Textus græcus.

ἔτι ἑκὼν ἄν τις δι' ἀκρασίαν ὑπὸ ἄλλου βλάπτοιτο ἑκόντος. ὥστ' εἴη ἂν ἑκόντ' ἀδικεῖσθαι, ἢ οὐκ ὀρθὸς ὁ διορισμὸς ἀλλὰ προσθετέον τῷ βλάπτειν, εἰδότα καὶ ὃν, καὶ ᾧ, καὶ ὡς τὸ παρὰ τὴν ἐκείνου βούλησιν; βλάπτεται μὲν οὖν τις ἑκὼν καὶ τὰ ἄδικα πάσχει. ἀδικεῖται δ' οὐδεὶς ἑκών. οὐδεὶς γὰρ βούλεται. οὐδ' ὁ ἀκρατής, ἀλλὰ παρὰ τὴν

Translatio Zuuingeri.

Præterea potest aliquis spōte sua propter incontinentiā suam ab altero eius voluntate damno affici. Itaq; fieri poterit vt quis sponte sua iniuria afficiatur. Aut non est recta superior definitio? Illisq; verbis; Nocere scientem & cui, & quo, & quomodo noceas, addenda sunt hæc. Contra illius voluntatem? Damno igitur sua sponte quispiam affici, resq; iniustas perferre & perpeti potest, iniuriam autem sua sponte accipere nemo potest. Nemo enim vult in-

que

que enim vllus id vult, quod non existimat bonum, incontinens autem id agit, quod nō putat esse agendum.

βούλονται πράττει. οὐδεὶς γὰρ βούλεται ὃ μὴ οἴεται εἶναι σπουδαῖον. ὁ δὲ ἀκρατὴς οὐχ ἃ οἴεται δεῖν πράττειν, πράττει.

iniuriam accipere, ac ne incontinens quidem, sed prater suam voluntatem agit. Nam nec vlt quisquam, quod non arbitratur esse bonum. At incontinens id, quod agendum esse non putat, agit.

Praeterea potest aliquis sponte sua) Idem quod supra statuerat Aristoles, probat in eo, qui incontinens sit, quamuis is non sponte, sed affectibus occœcatus, videatur sibi nocere. Constituit enim huic sua voluntate damnum inferri; non autem iniuriā, quod Aristotelis pronuntiatum, rursum cum legibus nostris pugnare videtur, siue ius ciuile, siue ius canonicum intueamur, cum puella, quæ sponte apud raptorem manet, iniuriam † accepisse dicatur, & heres raptoris delictum non minuat, neque pœnam, *l. 1. & vnica, C. de raptor. §. pœnas*. Ius autem Canonicum, *cap. 1. de adult.* iubet huius iniuriæ caussa sine discrimine, vtrum volente ea stupri consuetudo secuta sit, an non sit, transactionem interponi, & puellæ de defloratione satisfieri.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Qui vero dat sua, quemadmodum arma sua Diomedi Glaucus dedit, vt dicit Homerus. *Propeq; nouem centum pro ferro tradidit aurum.* *Is iniuriam non patitur. Dare namque est collocatum in ipso. Sed vt iniuriam patiatur, non est in potestate ipsius situm, sed is sit, qui iniuriam agat, oportet.*	ὁ δὲ τὰ αὑτοῦ διδοὺς (ὥσπερ Ὅμηρός φησι δοῦναι τὸν Γλαῦκον τῷ Διομήδει. χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων) οὐκ ἀδικεῖται. ἐπ' αὐτῷ γὰρ ἐστι τὸ διδόναι, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι οὐκ ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ τὸν ἀδικοῦντα δεῖ ὑπάρχειν. περὶ μὲν οὖν τοῦ ἀδικεῖσθαι.	*Neque vero qui sua dat, (quemadmodum scribit Homerus Glaucum Diomedi dedisse.* *Aurea dat pretio arma boues æquantia centum.* *Aerea fert, nihiloque nouem meliora iuuencis) iniuria afficitur. In eius enim potestate situm est dare, aut non dare. At iniuriam accipere, non est in eius, qui accipit, potestate situm, sed adsit is oportet, qui iniuriam faciat.*

Qui vero dat sua.) Allato exemplo promutationis armorum, quæ facta est inter Glaucum & Diomedem, quorum ille aurea, quibus in-
16 structus erat, dedit, hic vero ærea, ostendit † nemini sua voluntate iniuriam fieri. Quod quemadmodum in potestate Glauci fit, liberalitatem exercere, neque ad iustam dimensionem huiusmodi permutationem vocare, ita etiam sit in potestate iniuste factum dissimulantis efficere, ne iniuriam dicatur accipere, maxime quod in potestate Glauci fuerit, dare aut non dare. In potestate autem eius, qui tale damnum patitur, nō est: siquidem voluntatem accommodauerit, efficere, vt iniuriam dicatur accepisse, cum is, qui aliquo permittente illud faciat, non habeat animum iniuriam inferendi, vel nullus sit, cui talis iniuria asscribi debeat, vt in illo, qui minus continens sit. Concludit itaque, quod ex his intelligatur, quod iniuriam accipere non sit eius generis, quod sponte suscipiatur. Circa quam conclusionem repetenda esse statuimus, quæ superius copiose explicauimus, ne prolixiori sermone molesti simus. Nam quod ad exemplum Glauci attinet, differentiæ ratio in promtu est, quod
17 quilibet sit † arbiter & moderator rei sui atque dominii, *l. in re mandata, C. mandati & l. 2. ff. de his qui sui & alieni iuris sunt.* Membrorum autem suorum nemo est dominus, *vt dictum est.*

Translatio Argyropili.

Patet igitur sua sponte neminem iniuriam pati. Insuper ex iis, quæ proposuimus hæc duo restant, deinceps dicenda, vter iniuriam faciat, vtrum is, qui plus præter dignitatem tribuit, an is qui illud habet? & si fieri possit, vt sibi ipsi quispiam iniuriam faciat? Etenim si sit illud, quod prius est dictum, & qui distribuit, non qui plus habet, iniuri-

Textus græcus.

ὅτι οὐχ ἑκούσιον δῆλον. ἔτι δ' ὧν προειλόμεθα, δύο ἔστιν εἰπεῖν, πότερόν ποτε ἀδικεῖ ὁ νείμας παρὰ τὴν ἀξίαν τὸ πλεῖον, ἢ ὁ ἔχων. καὶ εἰ ἔστιν αὑτὸν ἀδικεῖν. εἰ γὰρ ἐνδέχεται τὸ πρότερον λεχθὲν, καὶ ὁ διανέμων ἀδικεῖ,

Translatio Zuingeri.

Iniuriam igitur accipere, non esse quippiam, quod sponte suscipiatur, ex his intelligi potest. Sed ex his, quæ proposuimus duo restant nobis explicanda. Vtrum iniuriam faciat isne, qui plus alicui tribuit, præter eius meritum ac dignitatem, an is, qui plus consecutus est, & fieri ne possit, vt quis sibi ipsi iniuriam faciat. Nam si contingere potest

am faciat, si quispiam plus alij quam sibi tribuat sciens, sponteque, quod quidem moderati homines facere videntur (bonus enim & aequo minora sibi tribuere solet) is profecto sibi ipsi iniuriam facit. An neq; hoc simplex est. Ex alio namque bono plus forte consequitur, vt gloriam aut absolute honestum. Soluitur praeterea, & per definitionem agendi iniuriam, nihil enim ipse praeter suam patitur voluntatem. Quare non iniuriam patitur ob id ipsum, sed si minus capit, laeditur tantum.

ἀλλ' οὐχ ὁ ἔχων τὸ πλεῖον. εἰ τις πλέον ἑτέρῳ ἢ αὑτῷ νέμει, εἰδὼς καὶ ἑκών, οὗτος αὐτὸς αὑτὸν ἀδικεῖ. ὅπερ δοκοῦσιν οἱ μέτριοι ποιεῖν, ὁ γὰρ ἐπιεικὴς ἐλαττωτικός ἐστιν. ἢ οὐδὲ τοῦτο ἁπλοῦν; ἑτέρου γὰρ ἀγαθοῦ εἰ ἔτυχεν, ἐπλεονέκτει· οἷον δόξης, ἢ τοῦ ἁπλῶς καλοῦ. ἔτι λύεται καὶ κατὰ τὸν διορισμὸν τοῦ ἀδικεῖν· οὐδὲν γὰρ παρὰ τὴν αὑτοῦ πάσχει βούλησιν, ὥστε οὐκ ἀδικεῖται, διά γε τοῦτο ἀλλ' εἴπερ βλάπτεται μόνον.

test id, quod priori loco dictum est, vt is, qui plus tribuit, faciat iniuriam, non is, qui plus obtinuit, sequitur vt si quis plus alteri, quam sibi tribuat sciens, & sua voluntate, is se ipse iniuria afficiat. Id quod modesti homines facere solent, nam vir bonus de suo iure libenter & aliis concedere solet. Anne hoc quidem simplex est? Nam plus sibi alterius boni, si casus ita tulit, vendicant veluti gloria, aut eius, quod absolute honestum est. Praeterea ex definitione eius, quod est iniuriam facere hoc dissoluitur. Nihil enim ei accidit praeter ipsius voluntatem. Quare non idcirco iniuria afficitur, sed vt hoc demus, damno afficitur duntaxat.

Patet igitur.) Hic aliam quaestionem Philosophus contexit, *an si quis alicui praeter ipsius dignitatem plus tribuat, an vero, qui plus consecutus est, iniuriam faciat*, & consequenter, *an quis hoc modo seipsum iniuria afficere possit, veluti si plus alteri, quam sibi conferat*. Et concludit hac ratione iniuriam non contrahi † Pro declaratione sciendum, iustitiae praecipuum munus in eo verti, vt pro dignitate & meritis personae, *cap. cum in cunctis. de elect. l. 1. §. in honorariis. ff. de extraord. cognit. l. 1. & toto titulo, vt dignitatum ordo seruetur*. Pro rerum proportione, *l. 1. ff. de contrah. emt.* & aliarum 18
circumstantiarum qualitate, *l. si non fuerint. ff. pro socio.* Distributio fiat, *lege decima, institia digestis. de iustitia & iure.* Tractatur itaque an si aliquis restrictior in se sit, quam in alios, in ipsa rerum diuisione, intelligatur iniuria affici. Et quidem si metu compulsus, vel simili ex caussa id fecerit, non dubitamus talē distributionē iniuriam continere,

l. Mutius. ff. pro socio. Quod si verò libero arbitrio id faciat, non idem probandum erit, cum cuiq; ius sit de re sua, quæ velit, statuendi. *l. 2. ff. de his qui sui, vel alieni iuris sunt, l. sed etsi. 25. ff. de petit. hered. l. 1. §. finali. ff. de donat. l. filiusfamilias. eod. tit. l. penult. C. de pact.* Accedit; quod minus sibi vendicando, plus gloriæ consequitur, vt exemplo Marcii Coriolani, & multorum illustrium virorum docet Valerius Maximus, & hoc loco insinu-
19 at Aristoteles. Porro si alia ex caussa, quod deest †, non pensetur, eo casu, quem damno videri perstringi, non autem iniuria, quod ea volentibus in rebus temporalibus non inferatur, *l. 6. §. præterea ff. quæ in fraud. cred. gesta sunt & l. nemo fraudare. ff. de reg. iuris*, vt & supra rem digessimus.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Patet autem distribuentē iniuriam agere, sed non eum semper, qui plus habet. Non enim is iniuriam faciat, cui inest iniustum, sed is, cui potestas inest id faciendi sponte. Hæc autem est, vnde est principium actus, quod quidem in ipso est distribuente, non in accipiente.	Φανερὸν δὲ καὶ, ὅτι ὁ διανέμων ἀδικεῖ, ἀλλ' οὐχ ὁ τὸ πλέον ἔχων ἀεί. οὐ γὰρ ᾧ τὸ ἄδικον ὑπάρχει, ἀδικεῖ, ἀλλ' ᾧ τὸ ἑκόντα τοῦτο ποιεῖν. τοῦτο δ' ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς πράξεως, ἥ ἐστιν ἐν τῷ διανέμοντι, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ λαμβάνοντι.	*Perspicuum autem etiam illud est, eum quidem, qui plus distribuit facere iniuriam, sed eum qui plus obtinet, non semper. Non enim is in quo id inest, quod iniustum est, iniuriam facit, sed is, in quo sponte hoc facere, hoc est a quo principium actionis proficiscitur, quod sane est in eo, qui distribuit, non in eo, qui capit.*

Patet autem) Verba Aristotelis constituentis, eum quidem, qui plus distribuit, facere iniuriam, sed eum, qui obtinet non semper, † satis pe-
20 riculosa sunt & distinctione corrigenda, alioquin subuertent ea, quæ ab ipso Aristotele, & nobis, in proximo articulo sunt dicta. Statuo igitur illa intelligenda esse de eo, qui distribuit, non propria, sed aliena, vel iure gentium communia & similia. Exempli caussa, si quis aquas irrigationi agrorum natas vel definitas, non pro modo pratorum, sed pro affectione priuata distribuat, vel si quis honores & cetera officia, quæ aliquid compendii adferre solent, non ex ordine aut lege mandet atq; deferat, *l. & qui origine. §. fin. ff. de mun. & honor*, is autē, q rē ita assignatā accipit, nōnunquam excusari potest, si putet illud iure fieri, *arg. l. cum de indebito. ff. de pro-*

de probat. maxime illa consideratione admissa, quod a distribuente actionis principium proficiscatur, & nimia curiositas in inquirendo † non 21
semper laudanda sit. *l. doli. ff. de nouat.*

Translatio Argyropili.

Praeterea cum facere multis dicatur modis, & modo quodam expertia anima, & manus, & seruus occidat hero iubente, iniuriam quidem nõ agit, iniusta autem facit.

Textus graecus.

ἔτι ἐπεὶ πολλαχῶς τὸ ποιεῖν λέγεται, καὶ ἔστιν ὡς τὰ ἄψυχα κτείνει, καὶ ἡ χεὶρ, καὶ ὁ οἰκέτης ἐπιτάξαντος, οὐκ ἀδικεῖ μὲν, ποιεῖ δὲ τὰ ἄδικα.

Translatio Zuuingeri.

Praeterea quoniam facere multis modis dicitur, & usu venit, ut inanima quoque interficiant, & manus & seruus domini iussu, non quidem iniuriam faciunt, sed tamen res iniustas faciunt.

Praeterea cum facere.) Hac in sectione ostendit Aristoteles, multis modis accidere posse, ut quis iacturam rerum suarum faciat, non solum si sponte homines iniuriam inferant, sed etiam si a quadrupede pauperies inferatur, vel si tegulis ex tecto cadentibus, aut tignis casu ruentibus transeuntes obterantur, aut si quis manum alienam impellat, vel seruus iussu domini quid faciat, his casibus non iniuriam, sed tamen res iniustas quem pati. Comparat, vt † apparet, Aristoteles, factum hominis per i- 22
gnorantiam, vel cum voluntate aliena committentis, cum damno, quod quis sentiat a re inanima, quasi silentio inferendum sit, quod quemadmodum res inanimatae, si caussam mortis alienae praebuerint, certae tamẽ poenae destinentur, vt securis, qua bos in festo Iouis prosterni solet, ita etiam eueniat in casibus superioribus, quod ipsum tamen non puto admittendum esse sine moderatione, de qua supra mentionem feci, quo lectorem etiam breuitatis caussa reiicio. Meminisse tamen conuenit, non omnino absurdum videri, si in detestationem concepti sceleris Magistratus domum, in qua quis nefaria consilia miscuerit, vel flagitia grauissima designarit, funditus demoliri curet, vel si bruta animalia, cum quibus nefariam † libidinem quis exercuerit, vel quae pueros dilaniauerint, etiam 23
supplicio publico mactentur, & cadauera eorum concrementur. *c. mulier. 15 q. 1.* Quae de manu vi impulsa commemorantur, superiori *cap. 10.* suã interpretationem habuerunt, quae de seruo autem, iussu domini quid designante, referuntur, cum nostris legibus parum conueniunt. Etenim si

piraticam † iuſſu domini ſeruus exerceat, delictum contrahit, & pœna
24 improbitati debita coercetur. *l. ſeruus. ff. de oblig. & act. l. ſi ſeruos. Cod. de vi publica*, & generaliter, ſi dominus, vel illi, qui vice dominorum ſunt, quid iubeant, quod atrocitatem facinoris habeat, *l. ad ea, quæ ff. de reg. iur.* Por-
25 ro in leuioribus † quamuis ſeruo ignoſcatur, *d. l. ad ea, quæ. & l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* tamen iniuria patienti infertur, & dominus actione iniuriarum tenetur, *l. non ſolum. 11. §. ſi iuſſu. ff. de iniur.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Inſuper ſi iudicauit ignorans, non iniuriam facit legitimo iuſto, nec eſt iniuſtum iudicium, ſed tamen aliquo modo iniuſtum. Aliud enim eſt legitimum iuſtum alīud primum.	ἔτι εἰ μὲν ἀγνοῶν ἔκρινεν, οὐκ ἀδικεῖ κατὰ τὸ νομικὸν δίκαιον, οὐδ' ἄδικος ἡ κρίσις ἐστίν. ἔστι δ' ὡς ἄδικος· ἕτερον γὰρ τὸ νομικὸν δίκαιον, καὶ τὸ πρῶτον.	*Præterea ſi quis ignorans iudicauit, neque facit iniuriam, quod ad ius legitimum attinet, neq; iniuſtum iudicium eſt, ſed eſt veluti iniuſtum. Nam ius legitimum aliud eſt ab illo primo.*

Inſuper ſi iudicauit ignorans.) Hæc propoſitio Ariſtotelis a definitio-
26 ne legum † non videtur aliena, cum *lege, ſi quis abſentis negotia. §. ſi iudex. ff. de oblig. & act. & Inſt. de obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur*, tradatur. iudicem contra leges iudicantem quaſi maleficium ſolum contrahere. Quod autem Ariſtoteles diſtinguit inter ius legitimum, & illud, quod ipſe primum vocat, non caret ratione: appellatione enim iuris primi intelligimus ius naturale, quo † omnes homines imbuti ſunt, vel imbuti eſ-
27 ſe debeant, quippe, quod cum ipſo homine rerum natura prodidit. § *ſingulorum. Inſt. de rer. diuiſ. & acq. earum dominio*, cuius ignorantia prętexi nō poteſt, *l. 2. C. de in ius vocando.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Sin vero cognoſcens iudicauit iniuſte, plus habet, & ipſe vel gratiam vel vindictam perinde igitur & is, qui ob hæc	εἰ δὲ γινώσκων ἔκρινεν ἀδίκως, πλεονεκτεῖ καὶ αὐτὸς ἢ χάριτος, ἢ τι	*Quod ſi ſciens iniuſte iudicauit, iam ipſe quoq; plus conſecutus eſt, vel in eo, quod gratiam iniit ab altero, vel in eo indica-*

iudicauit iniuste, plus habet, atq; si quispiam acceperit iniuriæ partem. Nam in illis, qui fundum peruerso iudicio tribuit, non fundum cœpit, sed argentum.

μοίρας. ὥσπερ οὖν κἂν εἴ τις μερίσαιτο τοῦ ἀδικήματος, καὶ ὁ διὰ ταῦτα κρίνας ἀδίκως πλέον ἔχει. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων, ὁ τὸν ἀγρὸν κρίνας, οὐκ ἀγρὸν, ἀλλὰ ἀργύριον ἔλαβεν.

quod inimicitias suas vltus est. Quemadmodum igitur si quis iniuriæ factæ sit socius ac particeps, sic etiam in illis is, qui propter hæc iniuste iudicauit, plus obtinere intelligitur. nam & in illis, q̃ agrum alteri adiudicauit, is non agrum, sed pecuniam accepit.

Si vero cognoscens.) Delinquere iudicem, qui contra ius legitimum sciens pronuntiet, secutum gratiam, inimicitiam aut sordes, *l. cum filius-* 28
fam. ff. de iudiciis. cap. 1. de re iudicata in 6. & eius rei † nomine coerceri posse non dubitamus, *l. 1. C. de pœna iudicis, qui male iudicauit, l. iubemus. C. ad l. Iuliam repetundarum,* quod ipsum confirmat Aristoteles exemplo socii, q̃ iniuriæ sit particeps, hunc enim plus accipere & iniuriã hoc modo facere.

Translatio Argyropili.

Atq; putant homines in se ipsis esse situm iniurias facere, inquapropter & iniustum esse facile arbitrantur, hoc autem non ita sese habet: coire namq; cum vxore vicini, & pulsare proximum, dareq; argentum manu, facile est & collocatur in ipsis: sed hæc agere sic se habentes, neque facile est, neq; in ipsis est situm. Simili modo cognoscere iusta atque iniusta, nullam sapientiã esse putant, propterea, q̃ non est difficile, ea, de quibus leges dictitant, intelligere, at non hæc sunt ipsa iusta, nisi per accidens.

Textus græcus.

οἱ δ' ἄνθρωποι ἐφ' ἑαυτοῖς οἴονται εἶναι τὸ ἀδικεῖν. διὸ καὶ τὸ δίκαιον εἶναι ῥᾴδιον. τὸ δ' οὐκ ἔστι· συγγενέσθαι μὲν γὰρ τῇ τοῦ γείτονος καὶ πατάξαι τὸν πλησίον, καὶ δοῦναι τῇ χειρὶ τὸ ἀργύριον ῥᾴδιον, καὶ ἐπ' αὐτοῖς· ἀλλὰ τὸ ὡδὶ ἔχοντας ταῦτα ποιεῖν, οὔτε ῥᾴδιον, οὔτ' ἐπ' αὐτοῖς. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ γνῶναι τὰ δίκαια, καὶ τὰ ἄδικα οὐδὲν οἴονται σοφὸν εἶναι, ὅτι περὶ

Translatio Zuuingeri.

Homines autem in sua potestate positum esse putant, iniuriam facere, eoq; esse facile, iustũ esse, sed non ita est. Nam cum vicini vxore rem habere, & alterum verberare, & manu pecuniam largiri, tum facile est, tum in eorum, qui faciunt potestate situm est. Sed sic affectos hæc facere, neq; facile, neq; in eorum potestate situm est. Itemq; iusta & iniusta nosse, nullius sapientiæ esse putant, quia ea, de quib. loquuntur leges, intelligere difficile non est.

ipsa iusta, nisi per accidens. Sed tunc sunt iusta, cum quodam aguntur modo, & quodam distribuntur modo.

ὧν οἱ νόμοι λέγουσιν οὐ χαλεπὸν ξυνιέναι. ἀλλ' οὐ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δίκαια, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· ἀλλὰ πῶς πραττόμενα, καὶ πῶς νεμόμενα δίκαια.

Verum hæc non sunt iusta, nisi ex euenu, sed cum certo quodam modo, & aguntur & distribuntur tum iusta sunt.

Atque putant homines in se.) Cum ex doctrina Aristotelis superius cognita, iniuriam facere sit voluntarium, factum est, vt homines malitiose subtiles, certa axiomata inde elicere voluerint, quæ nec menti Ari-
29 stotelis, nec aliorum † recte sentientium congruerent, quod qua ratione in potestate hominum positum sit, iniuriam facere, eadem ratione sit in manu eorum iuris & iustitiæ partes accommodare, & per consequens iustis esse: ducto scilicet argumento a contrariorum effectu & officio, *l. etsi contra. ff. de vulg. & pupill. substit. l. finali. ff. de legat. 3. § fin. l. adoptiuum. §. patronum ff. de in ius vocando.* Deinde ad confirmationem eius, quod
30 dictum est, huiusmodi vtebantur collectione, nullius esse † sapientiæ iusta & iniusta nosse, quod ea, de quibus leges loquantur, non sit difficile intelligere: consectarium itaq; videri, vt idem quoque circa ius accommodandum, vel iniuriam faciendam eueniat. Occupatus itaq; est Philosophus, in confutanda vtraque ratiocinatione. Initio enim negat, hæc ipsa, de quibus commemorauimus, esse in cuiusuis potestate. Etenim in cœlesti & beata vita apud Deum, Angelos, atque sanctos, quos ipse De-
31 orum nomine insignire solet, nulla † iniquitas aut iniustitia cognita est: apud homines vero iustitiæ habitu excultos, nullam quoq; esse facultatem iniuriæ faciendæ; quamuis enim aliquando impingere possint, vt habeant commercium cum aliena vxore, aut clypeum in acie obiiciant, tamen non possunt propterea † intelligi iniuriam facere, aut ignauiæ cri-
32 mine sese obstringere, nisi ex euentu, veluti, quod quis putauerit, se habere commercium cum vxore sua, vel, quod nullo consilio capto, victus affectibus lapsus sit. Idem de fugiente dici potest, si Reipublicæ se seruare voluerit, vel intolerabili, aut inopinato hostium impetu id facere coactus sit. Certum autem est ex his, quæ capite 8. huius libri digesta sunt, eum autem, vel perturbationibus vel affectibus aliquando succumbente, ex doctrina Aristotelis iniuriam non facere, sed tunc demum hæc locum habent,

habent, quando ex consuetudine confirmata huiusmodi facta suscipiũtur. Semel enim malus, maxime † si obdurverit, facile eo consilii compellitur. *c. scribam. c. ex studiis. extra de præsum. cap. semel malus, de reg. iuris in 6.* Quemadmodum e diuerso, qui bene † faciendi habitum induerit, odorem, quo semel testa ipsius imbuta fuit, difficulter amittet, *capit. mandata, & capit. cum in iuuentute, de præscript: l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re militari:* Persuasionem vulgi existimantium, non adeo magni ingenii aut industriæ esse, discernere inter iustum & iniustum, distinguere inter licitum & illicitum, & conuenientes iustitiæ partes præscribere, vt ineptam & ab inexperientia rerum proficiscentem quoq; refellit, quod memoria comprehendisse nonnullas leges † aut res, de quibus loquuntur, intellexisse, non sit iustum, nisi ex euentu. Aliud autem esse, cum quis cognitis legibus, item illorum vi & potestate, *l. scire leges. ff. de legibus.* scilicet ratione † decidendi, quæ omne imperium in leges exercere solet, dum illas auget, *leg. non possunt. ff. de leg.* restringit. *l. ita depositioni: ff. de administ. & periculo tut: & curat.* interpretatur. *l. cum auus. ff. de condit. & demonstrat.* corrigit: *l. his solis. in fine. Codic. de reuoc. donat.* confirmat. *leg. cum ratio. ff. de bonis damnat. leg. nominis. §. prim ff. de verborum signific.* item circumstantiis rei, personæ, caussæ, loci temporis, *capit. finali & tot. titul. dist. 29. l. 2. §. sed quia natura. Codic. de veteri iure enu. l. nonnunquam. ff. de iudiciis,* quod negotio conueniat constituere, & ad effectum perducere.

33 34 35 36

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Id autem difficilius est, quam	ὅ το δὲ πλέον ἔργον,	*Hoc autem maius opus est,*
ea, quæ sanitatem afficiunt sci-	ἢ τὰ ὑγιεινὰ εἰδέναι·	*quam res salubres cognoscere.*
re. Et ibi namq;, mel, vinum,	ἐπεὶ, κἀκεῖ μὲν μέλι	*Nam illic quoq; mel, vinum,*
veratrũ, adustionem incisio-	καὶ οἶνον, καὶ ἐλλέβο-	*veratrum, vstionem & secti-*
nemque scire perfacile sane	ρον, καὶ καῦσιν, καὶ	*onem nosse facile est, sed quo-*
est, sed quomodo ad sanitatem	τομὴν εἰδέναι ῥᾴ-	*modo, & cui, & quando ad sa-*
efficiendam, & cui, & quan-	διον, ἀλλὰ πῶς δεῖ	*nitatem adhibẽda sint cogno-*
do sint tribuenda, tanta est	νεῖμαι πρὸς ὑγίειαν	*scere, ita magnũ & operosum*
difficultas scire, quãta est me-	καὶ τίνι, καὶ πότε, το-	*est, vt medicum esse. Propter*
dicum esse. Ob id a. visum, &	σοῦτον ἔργον, ὅσον	*hanc ipsam caussam nõ minus*

iusti non minus esse putant iniuriam facere, quia vir iustus non minus, sed etiam magis horũ singula facere põt, vitiare inquã vxorẽ cuiuspiam & pulsare aliquem, & vir fortis in acie proiicere clypeum, tergisq; versis fugam arripere. At timide agere & iniuriam facere, non est hæc facere nisi per accidens, sed sic se habentem hæc facere. Quemadmodum & mederi atq; curare non est incidere, vel non incidere, aut medicamenta dare, aut non dare, sed hoc modo sese habentem hæc agere.

ἰατρεῖν εἶ). δι᾽ αὐτὸ δὲ τοῦτο, καὶ τοῦ δικαίου οἴονται εἶ) οὐθὲν ἧττον τὸ ἀδικεῖν· ὅτι οὐθὲν ἧττον ὁ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δύναιτ᾽ ἂν ἕκαστον πρᾶξαι τούτων. καὶ γὰρ συγγενέσθαι γυναικὶ, καὶ πατάξαι, καὶ ὁ ἀνδρεῖος τὴν ἀσπίδα ἀφεῖναι, καὶ στραφεὶς ἐφ᾽ ὁποτερονοῦν τρέχειν. ἀλλὰ τὸ δειλαίνειν, καὶ τὸ ἀδικεῖν, οὐ τὸ ταῦτα ποιεῖν ἐστι, πλὴν κατὰ συμβεβηκός. ἀλλὰ τὸ ὡδὶ ἔχοντα, ταῦτα ποιεῖν ἐστιν, ὥσπερ καὶ τὸ ἰατρεύειν, καὶ τὸ ὑγιάζειν, οὐ τὸ τέμνειν ἢ μὴ τέμνειν, ἢ φαρμακεύειν, ἢ μὴ φαρμακεύειν ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ ὡδί·

iusti, q̃ iniusti hominis esse putant iniuriam facere, quia iustus non minus, quam iniustus imo vero magis vnumquodq; horum agere possit. Nam & hunc cum aliena vxore rem habere, alterumq; verberare, & virum fortem clypeum abiicere, & tergo verso in vtrãuis partẽ currere dicunt posse. Atqui ignauum esse, & iniuriam facere, non est hæc facere, nisi ex euentu, sed sic affectum facere, quemadmodum mederi & sanare, non est secare, aut non secare, medicamento purgare, aut non purgare, sed sic affectum hæc præstare.

Id autem difficilius est.) Philosophus, quæ relata sunt confirmat, ex-
37 emplo medicinę. Non esse n. magni negotii cognoscere, quid sit† mel, vinum, veratrum, vstio & sectio. Ceterum magnæ experientiæ & iudicii esse intelligere, quomodo, & cui, & quãdo adhibenda sint, & pene nihil interesse inter hæc eadẽ, & verũ medicum. Hæc propterea videtur inculcare Aristot. quod cum Athenienses in administranda reipublicæ forma, democratia siue populari statu, pro insigni parte vterentur, & per consequens ius condendæ legis, & sententiæ ferendæ penes populũ esset, ne eo nomine indocti & inculti homines insolescerent, q̃ res, de quibus leges ferrentur, & iudicia constituerentur, cognoscerent, merita tamen & vires
38 cuiusq; negotii † non ita facile pcipere possent, exempli caussa tractatus in legib. quomodo Imperatores, Pontifices, & alii Principes sint eligendi,

quomo-

quomodo magistratus & iudices constituendi, quis ordo in iudiciis seruari debeat, quæ res in petitionem deduci possint, vt fundus, vsusfructus, seruitutes, hereditates, res legatæ, emtæ, donatę, in dotē datæ, in stipulationem deductæ, pterea publica & priuata crimina. Hæc & similia nō fuerit adeo magni negotii cognouisse, sed vtrū huic, ex tali caussa, & tali actione, cōtra talē, q exceptiones rationabiles obiiciat, decerni debeat, non paruæ fuerit solertiæ & acuminis. Pari ratione si de electione tractetur, qs eligere possit, id vna aut altera regula facile expediuerit, sed si tractetur, qs eligi debeat, cuius ætatis, cuius scientiæ, cuius status vel conditionis, quib. moribus præditus, de quibus *cap. cum in cunctis, cap. innotuit. cap. dudum. c. licet. c. venerabilem, cap. bona, cap. nullus.* item, qua forma talis electio expediri debeat, *vt c. quia propter, cap. cum inter canonicos. capit. in caussis. c. dudum. 1. 2. cap. ecclesiæ. capit. congregato. & toto passim. tit. de electione,* hic opus hic labor erit, cum etiam mediocriter in iure versati, & vsu rerum periti, facile incurrere soleant. Multo periculosior ratio adhuc est, in criminalibus caussis, cum ex imperitia, vel sontem dimittimus, vel † in- 39
sontem torquemus, & carnifici tradimus. Vnde cum hæc & similia sagacissimi hominis iudicium, & longum rerum vsum, & excellens ingenii acumen requirant, non alienum a proposito pronuntiasse Aristote- 40
les censendus est, non intelligi illum scire, qui pauca præcepta † memoria teneat, veluti si leges duodecim tabularum in ære propositas, vel regulas iuris quis recitare possit, vel si res, quæ in iudiciū deducuntur extrinsecus noscat, nō debere censeri, quod iura sciat, sed tunc demū, cum illa cum omnibus circumstantiis, definitione, diuisione, caussis, effectu, personis, rebus, contrariis testimoniis, & approbationibus comperta habet, & re explicare, & ad effectum deducere possit, & soleat, hunc enim a vestigiis, quibus niti cœpit, non facile digressurum esse. *d. c. mandata. & l. 1. ff. de officio præfecti prætorio.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Iusta a. in iis sunt, qui participes sunt eorum, q̄ sunt simpliciter bona. Habent a. exsuperationē in his & defectionē.	ἔσι δὲ τὰ δίκαια ἐν τύτοις οἷς μέτεσι τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν. ἔχουσι δὲ καὶ ὑπερβολὴν,	*In his autem iura locum habent, inter quos eorū, quæ absolute bona sunt, cōmunitas est, & quib. horū nimium &*

Nam quibusdam non est ipsorum exsuperatio, vt Diis fortasse, quibusdam vero nulla pars est vtilis, incurabilib. inquam malis, sed omnia nocent, quibusdam autem vsque ad aliquem terminum, atque hoc est humanum.

ἐν τούτοις καὶ ἔλλειψιν· τοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ αὐτῶν, οἷον ἴσως τοῖς θεοῖς· τοῖς δ' οὐδὲν μόριον ὠφέλιμον τοῖς ἀνιάτοις καὶ κακοῖς, ἀλλὰ πάντα βλάπτει· τοῖς δὲ μέχρι του· διὰ τοῦτ' ἀνθρώπινόν ἐστι.

parum esse potest. Aliis enim non est eorum nimium, vt fortasse Diis, aliis nulla prorsus eorum particula vtilis est, nempe hominibus insanabilib. & omni vitiorum genere contaminatis, sed omnia nocent, aliis aliquatenus vtilia sunt. Atque hoc humanum est.

Iusta autem in iis sunt.) Ostendit in fine huius quæstionis Aristoteles, quæ constituit non esse intelligenda, de iis, apud quos distributio bonorum inepta sit, vel parum prodesse seu efficere possit. Inepta, vt apud superos, qui in illa beatitudine omni genere bonorum fruantur. Parum aut nihil prodesse possit, vt homines omni scelerum genere delibutos, quique in malitia ita occaluerint, vt nulla spes amplius sanandi sit, ***c. cum non † ab homine, de iudiciis.*** In his igitur nullum remedium ne iura qui-
41 dem nostra suggerunt, neque alias iustitiæ partes accommodandas statuunt, quam vt e medio tollantur, ***l. nemo. in fin. Cod. de episcop. audient. & d. cap. cum non ab homine.***

CAPVT X. SECVNDVM DISTRIBVTIONEM Argyropili & XIV. secundum diuisionem Zvvingeri.

Quid intersit inter æquitatem & iustitiam, inter æquum & bonum, & ius ipsum.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Æquitas cum iustitia comparata, neque idem, neque aliud genere videri.*
2 *Argumenta illorum, qui aequitatem statuant a iustitia genere differre.*
3 *Argumenta contrariae sententiae.*
4 *Conciliatio Aristotelis.*
5 *AEquitatis nomen & generis & speciei significationem obtinet.*
6 *Officia aequitatis in genere.*
7 *AEquitas mentem legislatoris, & rationem legis in ipsius interpretatione recte accommodat.*
8 *Verba solutiora vi rationis, quae legi inserta est, ad conuenientes fines aequitas reuocat.*
9 *Exempla praecedentis pronuntiati.*
10 *An officia interpretationis, quae rationi accepto feruntur, aequitati in genere, an vero in specie adscribi debeat.*
11 *Distinctio auctoris interesse, an ratio legibus expressa sit, an ex coniecturis supplenda.*
12 *Utilitas huius considerationis.*
13 *Officium aequitatis in conciliandis contrariis legibus.*
14 *Quando confugiendum sit ad definitionem legis, generi per speciem derogatur.*
15 *In conflictu multarum rationum illae praeferendae sunt, quae magis ad aequitatem accedunt.*
16 *Legem homicidam, quod fecit exspectare debere, declarationem ex caussis recipere.*
17 *In criminalibus iudicem etiam ex officio suo, quamuis hoc non petatur, aequitatis partes supplere posse.*
18 *Ratio cur effectus, supra designati, ab auctore aequitati generali accepto ferantur.*
19 *Absurdum esse, quod quis conspiret, in perniciem sui ipsius.*
20 *Natura legis est, quod generaliter ad omnes pertineat.*
21 *Cur legislator id sumit, quod plerumque fieri solet.*
22 *Infiniti laboris esse & vix prouidentiae humanae, omnes casus, qui quandoque inciderint legibus comprehendisse.*
23 *Iudicis officium in supplendis legibus, aut consulendo Imperatore.*
24 *Exceptionem confirmare regulam.*

Trans-

Translatio Argyropili.

Deinceps autem dicendum est, de æquitate & bonitate, atque æquo & bono, quonam modo sese habet æquitas quidem & bonitas ad iustitiam, æquum autem & bonum ad iustum. Nam considerantibus neque simpliciter idem, neque genere diuersum esse videtur, atq; interdum laudamus æquum & bonum, virumq; talem. Quare & ad alia laudantes transferimus pro bono, ipsum æquius declarantes melius esse.

Textus græcus.

Περὶ δὲ ἐπιεικείας καὶ τοῦ ἐπιεικοῦς, πῶς ἔχει, ἡ μὲν ἐπιείκεια πρὸς δικαιοσύνην, τὸ δ' ἐπιεικὲς πρὸς τὸ δίκαιον, ἐχόμενόν ἐστιν εἰπεῖν· οὔτε γὰρ ὡς ταὐτὸν ἁπλῶς, οὔθ' ὡς ἕτερον τῷ γένει φαίνεται σκοπουμένοις· καὶ ὁτὲ μὲν, τὸ ἐπιεικὲς ἐπαινοῦμεν, καὶ ἄνδρα τὸν τοιοῦτον· ὥστε καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἐπαινοῦντες μεταφέρομεν, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἐπιεικέστερον, ὅτι βέλτιον, δηλοῦντες.

Translatio Zuuingeri.

Sequitur vt de æquitate, & de æquo bono dicamus, quam rationem æquitas ad iustitiam, quam æquum bonum ad ius habeat. Namque propius intuentibus, neque vt idem omnino, neque & aliud genere videtur. Atque interdum æquum bonum laudamus, eumque virum, qui æquus & bonus est. Quinetiam hoc nomen ad alia laudando transferimus, pro bono τὸ ἐπιεικέστερον vsurpando, melius scilicet, quid significantes.

Deinceps autem dicendum.) Cum iustitiæ officium inde potissimũ
metiamur, quod illud, quod plus, sit aut minus, in ipsa distributione re-
uocet ad æqualitatem, siue conuenientem proportionem, nata quæstio
est: *an aliquid discriminis interluceat inter iustitiam, & æquitatem, item, inter* 1
ius constitutum & æquum, & bonum? Et quidem Aristoteles principio hu-
ius capitis, †. quid sui iudicii sit, non dissimulat. Ait enim propius intu-
entibus omnino, neque idem, neque aliud genere videri. Refert tamen
diffidentium † sententias, quorum primi contendere videntur, esse 2
quid diuersum & separatum. Alii autem hæc eadem esse affirmant. Mo-
uetur priores his argumentis, laudari scilicet æquum & bonum: deinde
illum virum, qui ęquus & bonus sit, consequens igitur esse, vt hęc inter
se distent, cum aliæ sint partes boni viri, & æquitatem sequentis, alię au-
tum ipsius legis, *vt l. 1. & 3 ff. de eo quod certo loco, l. bona fides. ff. depositi, l. vir
bonus. ff. iudicat. solui. l. si societatem. §. arbitrorum. §. in bona fidei. Instit. de
act. §. arbitrarias. eod. tit. l. edita. C. de eden. d. l. 1. §. fi. ff. de q.* quo pertinet &
illa iuris definitio, quod si idẽ possent, non diuersis nominib' distinguerentur

l. si idem. C. de Codicill. Secundum argumentum, quo iidem vtuntur est, quod hoc nomen ad alia laudando transferimus, & pro bono τὸ ἐπιεικέστερον, vsurpemus, scilicet, quid melius significantes, cum bono melius inueniatur. *l. vbi non apparet. ff. verb. oblig.* & hinc, quod melius atque honestius est, legislatores sequantur, *l. in coniunctionibus, & l. quotiens. ff. de reg. iuris. l. Diuus Pius. ff. de restit. in integrum, l. vbi ff. de reg. iuris. l. iusta ff. de manumissis vindicta, leg. si ex pluribus. ff. de solut. l. 1. ff. de priuileg. creditorum. l. 1. ff. de albo decurionum. cap. soluta. de maiorit. & obedient.*

Translatio Argyropili.

Interdum rationem sequentibus absurdum videtur, si æquum & bonum (si sit vnum quid præter iustum) laudabile sit, nam aut iustum non est studiosum, aut æquum & bonum, si aliud sit a iusto, aut idem sunt, si vtrumque est studiosum. Hæc igitur dubitatio ob ea fere, quæ dicta sunt, emergit, de ipso æquo & bono.

Textus græcus.

ὅτε δὲ, τῷ λόγῳ ἀκολουθοῦσι φαίνεται ἄτοπον, εἰ τὸ ἐπιεικὲς παρὰ τὸ δίκαιόν τι ὂν, ἐπαινετόν ἐστιν· ἢ γὰρ τὸ δίκαιον οὐ σπουδαῖον, ἢ τὸ ἐπιεικὲς οὐ δίκαιον, εἰ ἄλλο· ἢ εἰ ἄμφω σπουδαῖα, ταὐτόν ἐστιν· ἡ μὲν οὖν ἀπορία σχεδὸν συμβαίνει διὰ ταῦτα περὶ τὸ ἐπιεικές.

Translatio Zuuingeri.

Interdum rationem sequentibus absurdum videtur, æquum bonum, cum sit vnum quiddam a iure diuersum, esse laudabile. Nam vel ius non est bonum, vel æquũ bonũ non est bonũ si a iure aliud ac diuersum est, vel si vtrumque bonum est, idem est. Tota igitur de æquo bono quæstio ex his propemodum caussis nascitur.

Interdum rationem sequentibus:) Hic contrariæ sententiæ argumenta adfert † absurdum videri, quod illa separemus, quæ effectu conueniunt, cum non solum bonum & æquum sit laudabile, sed ius ipsum. Imo cum hanc qualitatem, æquum & bonum a iure videatur mutuari. Secundo, quod vtrumque sit bonum, ius scilicet & æquum, & bonum, vt hæc etiam continentur *leg. 1. ff. de iustit. & iure, & l. 1. & 2. C. de veteri iure enucleando.*

enucleando. Cum itaque hęc inter se adhunc modum conueniant, consequens quoque videri, vt eadem sint. Addit Aristoteles totam de ęquo & bono quæstionem ex his propemodum caussis nasci.

Translatio Argyropili.

Recte autem aliquo modo sese habent omnia, & nihil prorsus ipsis aduersatur. Nā æquum & bonum iustum est, & est aliquo iusto melius, & non vt aliquod aliud genus, melius est ipso iusto. Idē est ergo iustum, atque æquum & bonum. Et vtrumq; quidem est studiosum, præstabilius autem est ipsum æquum, & bonum.

Textus græcus.

ἔχει δὲ ἅπαντα τρόπον τινὰ ὀρθῶς, καὶ οὐδὲν ὑπεναντίον ἑαυτοῖς· τὸ, τε γὰρ ἐπιεικὲς, δικαίου τινὸς ὂν, βέλτιόν ἐστι δικαίου· καὶ οὐχ ὡς ἄλλο τι γένος ὂν, βέλτιόν ἐστι τοῦ δικαίου· τὸ αὐτὸ ἄρα δίκαιον καὶ ἐπιεικές· καὶ ἀμφοῖν σπουδαίοιν ὄντοιν, κρεῖττον τὸ ἐπιεικές.

Translatio Zuuingeri.

Sed hæc omnia quodammodo bene habent, nec quicquam eorum est, quod secum pugnet. Nam æquum bonum iure, quodam melius ius est, neque ita iure melius est, vt sit aliud quoddam genus. Idem ergo est ius & æquum bonum, cumque ambo sint bona, melius est æquum bonum.

Recte autem.) Quod leges diuersis in locis suadent, vt cum omni subtilitate conciliemus potius ea, quę contraria videantur, quam vt temere pugnam aliquam introducamus, vbi nulla sit, *l. 2. C. de veteri iure enucleando. §. contrarium. l. vnica C. de inoffic. dotibus l. final. C. de edendo cap. cum expediat. de elect. in 6.* Præsenti in loco præstat Aristoteles † ostēdens, inter has duas opiniones nullam esse repugnantiam, si cum acumine vires & merita totius negotii perpendere, & excutere velimus. 4
Statuit enim illud, quod ęquum & bonum est, esse melius, quam ius ipsum sit, neque tamen ita melius esse, vt aliud quoddam genus constituat. Vtrumque enim esse bonum, vtrumque laudabile, sed æquum & bonum melius esse, quod intelligo non in tota iuris definitione, sed illa parte, vbi Iudex ex officio confugere debet, ad illud, quod æquum & bonum est, maxime si, vt mox subnectit Aristoteles, iuris legitimi quandam correctionem contineat. Pro certiori & euidentiori intellectu materię, satis quidem impeditæ, sed pro interpretatione, & co-

gnitione iuris nostri, cum vtilissimæ, tum necessariæ, non abs re me fa-
facturum esse iudicio, si merita huius tractatus paulo altius repetam, &
quę pugnare inter se videntur, distinctionis fœdere conciliem. Scien-
5 dum itaque est, † verbi æquitatis, non vnam in iure nostro, & apud pro-
batos auctores esse significationem , præterea habere varios effectus
& officia. Principio enim non solum speciei, vt scilicet complectatur
illa, de quibus disserit Aristoteles, sed etiam generis significationem su-
stinet, vt omne illud, quod ius sit, comprehendat, simul etiam æquum &
bonum. Enimuero Cicero in Topicis iustitiam definit, *æquitatem ius vni-
cuique secundum dignitatem tribuentem* Vlpianus ius ipsum definit, esse
6 artem boni, atque æqui: deinde Pomponius Iurisconsultus ait, *in omni
iure æquitatem spectandam, l. in omnibus. ff. de reg. iuris.* † Hæc eadem ęquitas
suadet, vt pacta & conuentiones seruentur. *l. 1. ff. de pactis*, & per conse-
quens, contractus omnes, *l. ius gentium. ff. eod. tit.* Vt testamenta ad effe-
ctum perducantur, *l. 1. C. de sacros. eccles. l. omni modo. C. de inoffic. testam.* vt
pupillis tutores constituantur, qui eos & sua defendant, *§. fin. Instit. de tu-
tel.* Vt occupationes rei vacantis, *§. feræ Instit. de rer. diuis. & l. quorundam.
ff. de acquir. rer. domin.* donationes dotes, *l. 1. ff. de donat. l. iure succursum.
ff. de iure dotium, & l. in rebus*, eorumque restitutiones sint ratæ , *l. 1. ff. de
solut. matrim.* vt crimina puniantur, vt actiones bonæ fidei, & arbitrariæ,
ex bono & ęquo diiudicentur, *l. bona fides. ff. depositi l. capitalium. §. fin. ff.
de pœnis. §. actionum & §. arbitraria. Instit. de action.* Multa autem huius
æquitatis sunt officia. Primum † vt mentem legislatoris & rationem
ipsius legis, in ipsius interpretatione recte accommodet, *l. item veniunt.
7 §. aptanda. ff. de petit. hered. l. nominis. §. finali. ff. de verb. signif. l. qui concubi-
nam ff. de legat. 3. l. nulla. ff. de leg. l. scire. eod. tit.* Porro si ratio legibus com-
prehensa latius pateat, quam verba dispositionis concedant, hoc casu
quod verbis desit suppleri posse & debere, non dubitamus, *l. non possunt. l.
neque, l. nam vt ait Pedius. ff. de leg. & l. fin. C. eod. tit. l. illud. ff. ad l. Falcidiam. l.
regula. §. fin. ff. de iuris, & facti ignorant. l. nomen, §. fin. ff. de legat. 3. l. a Titio.
ff. de verborum oblig. l. 3. §. cum Pollicitus. ff. de vsur. & fructib. l. emtor. §. fin.
ff. de rei vindicat.*

Deinde & e diuersio, si verba solutiora sunt, & periculosa liber-
8 tate diffluant, vt vi rationis, quæ constitutioni † inserta sit, definiantur,
& intra ęquitatis metas cohiberi possunt. *l. adigere, §. quamuis. ff. de iure
patronatus, l. milites agrum. ff. de re militari. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de le-
gat.*

gat. 3. l. ita depositioni. ff. de administ. & periculo tut. & curat. l. hec actio. ff. de calumn. l. si is qui ammo. ff. de acquir. vel amit. possess. c. quia nonnulli extra. de rescript. c. Ecclesia, extra. de immun. Ecclesia. Exempli caussa, † qui ancillam adigit iuriiurando, ne nubat, iure patronatus mulctatur. Ratio in lege redditur, vt hominum soboli consulatur. Si igitur sterilem & infoecundam ancillam ad hanc promissionem compulerit, deliberationis est, an etiam hoc damno affici debeat. Et respondetur non debere, *d. l. adigere, §. quamuis,* quod in tali ancilla ratio legis cesset. Mulier cum haberet proles, nec non fratres suos, conuerso ad filium sermone, ita testamento legauit: *dulcissimis fratribus meis, auunculis autem tuis lego, quae in Pamphilia possideo, ne quam controuersiam cum illis habeas.* Statuit Iurisconsultus, illa solum legata censeri, quae adhuc communia sint, cum fratribus quod communio rerum magnam discordiam parere soleat. Diuersa igitur esse in caussa, quae iure diuisionis propria essent facta, & in corpus patrimonii conuersa, *d. l. cum pater. §. dulcissimus.* Ceterum an haec interpretationis officia, dum legis † dispositio hoc modo augetur, vel restringitur, aequitati generali, an vero speciali accepto referri debeat, non facile fuerit constituere, si tamen licet, quid meae cogitationis sit expromere, existimarim † interesse, an illud fiat vi rationis, quae lege diserte expressa est, an vero quam consilium legislatoris explorantes, ex coniectura colligimus, *vt l. quaesitum. ff. de re iudicata, l. scientiam. §. 1. ff. ad l. Aquiliam, l. quamuis. C. de impub. & aliis substit. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupill. substit. l. cum auus. ff. de condit. & demonst. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. l. generaliter. C. de substit.* Vt priori † casu putem generalem aequitatem locum habere, cum legislator satis videatur cauisse, quod rationem expresserit, cum ratio sit tacita lex, *l. cum ratio. ff. de bonis damnat.* Imo commendet omnem legem, *cap. consuetudo. dist. 2.* sit voluntas legis, *l. non dubium. C. de leg.* sit mens legis, *l. cum mulier. ff. solut. matrim.* Et hic tantum valeat ad leges contrarias antiquandas, atque si verba ipsa concurrerent, *d. l. 3. §. cum Pollidius. ff. de vsuris,* si conferatur cum, *l. heredes. ff. ad Senatusconsultum. Trebell. l. his solis. §. fin. C. de reuocand. donat. l. 1. C. quae sit longa consuetudo.* Quod si autem lex ipsa rationem non exhibeat, sed ex coniecturis inuestiganda & supplenda sit, tunc quod exsuperet officium iudicis, speciali aequitati locum esse, cuius officium sit, sarcire, quod generali dispositioni desit. Et quamuis non multum referre videatur, vtrum Iudex has partes accommodet ex generali, vel † speciali aequitate, quod vtrobique eadem vtilitas sequatur,

Margin numbers: 9 (Exempli caussa), 10 (Ceterum), 11 (existimarim), 21 (vel speciali)

secundum, *§.eiusl. Gallus.ff.de liberis & post.hered.instit.* tamen interesse poterit, si lege municipali caueatur, ne ab expressa dispositione statuti recedatur. Hæc de ratione legis. Porro cum inter leges ipsas, denique inter rationes, mutua nonnunquam est pugna, aut quod circumstantiæ negotii aliam atque aliam interpretationem exigant, puto & hic æqui-
13 tatem generalem † interuenire, & huic incommodo ex officio iudicis mederi. Cum enim ius sit ars boni & æqui, & hinc vna lex, vel ratio, inde alia prima facie pugnent, & mutuum certamen miscere videantur, est profecto æqui, ingeniosi & perspicacis iudicis, reuocare ad concordiam certa sub diuisione, quæ repugnantiæ speciem continebant. *d.l.2.§.contrarium.C.de veteri iure enucl. l. non est nouum. ff.de leg.c.cum expediat.de elect.in 6.* Cuius rei exemplo nobis præeunt atque prelucent ipsi legislatores, vt imperatores, *in l.fin.C de edend.l.cum precibus.C.de impub.& aliis subsstit.l.final.C.de iudiciis, l.fin.C.de substit.* Pontifices, *vt c.literas ext.de restit spoliat.c.statutum, & c.constitutio, & d.cap.cum expediat.de elect.in 6.cap. illud.de præsumt. c.per tuas.de probat. cap.per tuas, & cap.per venerabilem, qui filii sint legitimi.*

Quod si † autem conciliationi locus non sit, tum ponderatis &
14 subductis totius rei circumstantiis constituet ex definitione legis, *in toto iure.80.ff.de reg.iuris,* generi per speciem derogari, & id potissimum esse, quod ad speciem directum est, *vt l.sanctio legum.ff.de pœnis, l. vxorem. §. felicissimo.ff.de legat.3.l.coheredi.§.coheres.ff.de vulg.& pup.substit.* aut si il-
15 lud non appareat, tum vim & pondus rationis † intuebitur, vt illæ obtineant, quę præcellunt, exempli caussa, bona fides dictat depositum deponenti restitui debere, *l.bona fides.ff.depositi.* Idque confirmatur etiam lege, *vt l.1.& tot.tit.ff.depositi.* Alia ratio decernit flagitiosos puniendos esse, & exsuendos etiam bonorũ subsidio, *l.1.& tot.tit.ff.de bonis damnat.* Quidam deposuit certam pecunię quantitatem, damnatus publico iudicio, repetit, quæ deposita sunt, vltro & citro pugnant rationes: Iam solertis est iudicis atque excellentis iudicii constituere, quid cui prçferendum putet. Et quidem hæ vltimę rationes & considerationes statuuntur præualere, vt ex illis denegetur depositum. *d.l.bona fides.ff.depositi.* Lex est homicida, quod fecit, † exspectet. Quid si igitur iussu magistratus sit factum. *l.continet, digestis.de eo quod metus caussa. cap.*
16 *cum homo. 23. quæstio 5.* Quid si furiosus sit, *l. diuus.ff.de officio præsid.* Quid si infans, *l.infans.digestis ad l. Cornel.de sicar.* pupillus, *leg. illud*

illud.ff.de iniuriis, minor vigintiquinq; annis, *leg. auxilium. ff.de minor.in integ.restit.* ebrius, *cap.inebriauerunt. 15.quæst. 1.* in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, *l.is qui aggreſſorem. Codic.ad l.Cornel.de ſicar.* doloris acerbitate impulſus, *l.1.§.fin.ff.eod.tit.* id fecerit, aut aliæ ſimiles vel iuſtiores circumſtantiæ ſuadeant, pœnam condonandam eſſe vel mitigandam. Illa ipſa humanitatis atq; æquitatis ratio illud a iudice extorquebit, etiamſi nihil tale † petatur. *l.1.§.fin.ff.de quæſt. l.ſi non defendatur. ff.de pœnis. l.ſer-* 17
uorum. ff.de cuſtod. & exhibitio. reorum, cum hæc officia ex æquitate generali, & arte æqui atque † boni, proficiſci res ipſa indicet. Quod ipſum ſi 18
quem exſpectatione erigat, quod Ariſtoteles hos effectus & officia adſcribat, æquitati in ſpecie, ſiue æquo & bono, de quo hoc capit. diſſeritur, hic deſinit animi pendere, ſi obſeruet id in ſumma paucitate legum, quæ viuente Ariſtotele Athenis propoſitæ erant, obtinuiſſe, nunc autem cum omnes circumſtantiæ, ex quibus diſpoſitio legis augeri, minui, pro parte mutari debeat, pene iure ſint definitæ, non video, quod in his cauſſis iudex propria auctoritate, & ex beneficii benignitate, ſed legis imperio, quod æquitatis ſit, ſuppleat.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Fit autem hæc dubitatio, quia & æquum & bonum iuſtum quidem eſt, non autem lege, ſed emendatio legitimi iuſti.	ποιεῖ δὲ τὴν ἀπορίαν, ὅτι τὸ ἐπιεικὲς, δίκαιον μὲν ἐστιν, οὐ τὸ κατὰ τὸν νόμον δὲ, ἀλλ' ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου.	*Sed hinc nata dubitatio eſt, quod quamuis æquum bonum ius ſit, non tamen eſt ius lege conſtitutum aut legitimum, ſed iuris legitimi correctio.*

Fit autem hæc dubitatio.) Aliud argumentum pro parte negatiua fieri non poſſe, vt ius, deinde æquum & bonum, idem cenſeantur, cum æquum & bonum correctio ſit legis, & † abſurdum ſit, quod quid con- 19
ſpiret in ſui perniciem, *vt l.6.ff de militar.teſtam. l.auxilium. in fin.ff.de minor. in integ.reſtit.* & quod ad perimendum deſtinatum ſit, id dicamus eiuſdem generis eſſe, *l.qua legata. ff.de adempt.legat. l.quæſitum.§.fin.cum leg. ſeq.ff.de inſtructo & inſtru.legato.*

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Caussa autem est, quia lex quidem omnis, vniuersalis est, fieri autem non potest, vt de quibusdam vniuersaliter recte dicatur. In quibus igitur vniuersaliter quidem dicere necesse est, fieri autem non potest, vt recte dicatur, in iis lex id accipit, quod fit plerunque haud ignorans peccatum.	αἴτιον δὲ, ὅτι, ὁ μὲν νόμος καθόλου πᾶς· περὶ ἐνίων δὲ, οὐχ οἷόν τε ὀρθῶς εἰπεῖν καθόλου. ἐν οἷς οὖν, ἀνάγκη μὲν εἰπεῖν καθόλου, μὴ οἷόν τε δὲ ὀρθῶς, τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλέον λαμβάνει ὁ νόμος, οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἁμαρτανόμενον.	*Cuius rei hæc caussa est, quod lex omnis generalis est, de quibusdam autem rebus vniuerse & generaliter recte præcipi non potest. Itaq; quibus in rebus legis vocem vniuersam & generalem esse necesse est, id autem non satis recte fieri potest, in eis id sumit lex, quod plerumque solet euenire, quãuis id, quod in hoc peccatur, satis intelligat.*

Caussa autem est quia lex.) Vt præcedens argumentum diluat Arist. ostendit, vnde illa correctio ꝓfluat, vt tandẽ etiam demonstrari possit, an ius ipsum per æquum & bonum tollatur, an quid illud sit, quod emendationem recipiat. Et quidem legis naturam ab initio
20 tionem recipiat. Et quidem legis naturam ab initio † proponit, quod scil. omnis lex generalis sit, *l.3.C.de legib.l.1.ff.de const.principum.§.alia.§.sed & quod principi.Instit.de iure natur.gent. & ciuili*, immo si in certum casum concepta sit, tamen ex regula, quæ inde elicienda erit, generalis reddetur, *l.regula.ff.de reg.iuris.l.1.ff.de reg.Catoniana.* Porro cum omnes res propter
21 naturæ varietatem, *l.2.§.sed quia natura. Cod. de veteri iure enucleando in proemio in 6.* ad generalis legis decisionem † non facile alligari possint, fit vt legislator tamen consideret, & id sumat, quod plerumq; fieri solet, *l.leges constitui.ff.de legibus.l.non possunt.l.neque.l.nam vt ait Pedius.ff.de leg.* non ignarus, quod in hoc genere peccetur, sed quod nõ semper expediat
22 rempublicam multitudine legũ distringi, vel quod id sit infiniti laboris, † & vix prouidẽtiæ humanæ, vt tot seculorum interuallo maiores nostri experiundo potuerunt deprehendere, quodq; iudices ex officio de similib.
23 ad similia possint † ꝓcedere, *d.l.non possunt.cũ leg.seq.* satis itaq; habẽt in ea, quæ sæpius cõtingere solẽt, cõsuluisse, cũ ꝙ desit a principe & Senatorib. semꝑ suppleri, & in legis formã cõuerti possit, *l.humanũ.l.fin.C.de leg.* So-
24 lẽt tamẽ regulas suis exceptionib. præcipuis relatis † hoc modo securiores reddere. *§.vti a.Nouell.7.de non al.rebus Ecclesia.* Trans-

Translatio Argyropili.

Et est nihilominus recta: Peccatum enim est non in lege, sed in legis natura, sed in ipsa rei natura. Cõtinuo namque rerum earum, quæ sub actionem cadunt, materia talis est.

Textus græcus.

καὶ ἔστιν οὐδὲν ἧττον ὀρθῶς· τὸ γὰρ ἁμάρτημα, οὐκ ἐν τῷ νόμῳ, οὐδ' ἐν τῷ νομοθέτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τοῦ πράγματός ἐστιν. εὐθὺς γὰρ ἡ τῶν πρακτῶν ὕλη τοιαύτη ἐστίν.

Translatio Zuuingeri.

Nec tamen idcirco minus recta est. Non enim culpa legis est, neq; eius, qui legem tulit, sed natura rerum. Earũ enim rerum, quæ in actionem cadunt, talis materia est.

Et est nihilominus recta.) Quãuis non omnes casus, qui quandoque incidere possint, sanctione sua legislator cõplexus sit, aut cõplecti potuerit, & idcirco talis definitio periculosa videatur, *l. omnis definitio. ff. de reg. iur.* nõ tamẽ ideo † minus recta est, quippe cui natura & materia, circa quã legislator versetur occasionẽ dederit, & qua regulariter vtamur, *d. l. 1. ff. de reg. iur. l. 4. §. & puto. ff. de hered. instit. l. ab ea parte. ff. de probat. l. nec non. ff. ex quibus caussis maiores in integ. restit.* quoad vel alia lex, quæ hanc interpretetur, & suppleat, feratur, vel iudex postulantibus rerum circumstantiis, rem paulo aliter moderatur, de qua facultate mox fusius. 25

Translatio Argyropili.

Cum igitur lex qdẽ vniuersaliter loquitur, in iis a. præter vniuersale quippiam accidit, tum recte sese habet, vt ea parte, qua legislator omisit atq; peccauit absolute locutus, emendetur defectus, q̃ & ipse legislator, si adesset, hoc modo dixisset, etsi sciuisset, iubentem legem tulisset.

Textus græcus.

ὅταν οὖν λέγῃ μὲν ὁ νόμος καθόλου, συμβῇ δ' ἐπὶ τούτοις παρὰ τὸ καθόλου, τότε ὀρθῶς ἔχει, ᾗ παραλείπει ὁ νομοθέτης, καὶ ἥμαρτεν ἁπλῶς εἰπών, ἐπανορθοῦν τὸ ἐλλειφθὲν, ὃ κἂν ὁ νομοθέτης οὕτως ἂν εἴποι, ἐκεῖ παρὼν, καὶ εἰ ᾔδει, ἐνομοθέτησαν ἄν.

Translatio Zuuingeri.

Cum igitur lege generaliter locuta aliquid euenit, postea præter genus illud vniuersum, tunc par est, qua prætermisit aliquid lator legis, & peccauit in eo, quod absolute locutus est, id quod deest, quodque omissum est, corrigere, quod etiam legislator si illic adesset, ita eloqueretur, & de quo legem tulisset, si præsciuisset.

(Cum igitur lex quidem.) Præclare & considerate Philosophus rem digerit, dum auctor est, quod si legislator in generali sua dispositione aliquid omiserit, quod postea emergens euidentem interpretationem, vel formam legis exposcat, *l. humanum. C. de legibus.* vel peccarit, quod absolute locutus sit, par esse, vt quod desit postea corrigatur, & plane id statu-
26 atur, quod legislator, si præsens interrogatus † fuisset, verisimiliter dispositurus erat, vt in eandem formam respondit iurisconsultus, *leg. tale. §. fin. ff. de pactis.* Sed obscure suã sententiam expromsisse videtur, quod verbo, corrigendi, vtatur, supplere leges, nedum qui ius condendæ legis habet, potest, sed etiam iudex, *l. non possunt. cum seq. ff. de leg. §. in bonæ fidei. §. arbitraria. Inst. de act.* Diuersa ratio emendationis est, cum talem inter-
27 pretationem † sibi solus Imperator seruarit., *l. 1. l. leges. l. cum de nouo. l. fin. C. de legibus.* Hanc difficultatem, meo iudicio, certa ratione tollit in sequẽti sectione, vbi & nos illud persequemur. In præsentia tamen admonendos duxi iudicem si quidem animaduertat legem generaliter conceptam in casu, in cuius definitione versetur, manifestam absurditatem aut iniquitatem parituram, bene & ordine facere, si per se illud faciat, modo conuenientem habeat iurisdictionem, vt prætores, qui multa ad æquitatis normam reuocarunt, *vt tot. tit. Inst. de bonorum poss. item toto titulo de restit. in integ. l. 1. & tot. tit. de minoribus in in integrum restituendis.* Quod si autem tali potestate careat, principem aut illum, qui ferendæ, antiquandæ, & interpretandæ legis ius habeat, adeat, & formam rei conuenientem desideret. *d. l. final. item. l. cum de nouo iure. C. de legibus. l. Diuus. ff. de quæst. l. ad be-*
28 *stias ff. de pœnis. §. 1. l. 1. §. fin ff. de quæst.* Quod si autem † princeps sit in loco remotiori, vel de re vili inter pauperes vel miserabiles personas tractetur, his casibus sine alia relatione, putarim iudicem, quod æquo & bono inuenerit conuenire, statuere posse, *arg. l. nemo. C. de episcop. audient. authent. nisi breues. C. de sentent. ex breuiculo recitandis.* Et forte eo tempore, quo Aristoteles floruit, etiam iudicibus libera potestas fuit, ex caussis & circũ-
29 stantiis non animaduersis † eo tempore, quo leges ferebantur, legem pro parte corrigere, sed in ea legum consummatione, cum post tot secula, quæ ab Aristotele vsque ad Iustinianum Imperatorem interfluxere, vulnera cuiusq; legis generalis detecta ad saniorem intellectum reuocata fuerint, non animaduerto, quod illud extra caussas relatas facile liceat, nisi quis ex vi rationis *in l. comprehensæ*, vel ex indubitata interpretatione subauditæ, illud facere velit, vt antea fieri posse, & debere ostendi. Exempli

empli caussa declarat, *l. non sunt liberi. ff. de statu hominum.* non esse liberos qui contra formam humani generis procreati sint, veluti si mulier, quid monstrosum aut prodigiosum peperit. Atqui cum l. Iulia & Papia statutũ esset, vt mater non aliter admitteretur ad successionem sobolis suæ, vel aliorum, nisi certũ numerũ liberorum edidisset, & illa tot liberis, vno excepto progenitis, postea quid monstrosum enixa esset, & deinde moriatur aliquis ex liberis quæri posset: *an iudex prætextu æquitatis, quod matri nihil imputari possit, quippe quæ statutis quantum in se fuit obtemperauerit, & quod fataliter accessit matri damnum iniungere non debeat, possit talem mulierem ad successionem admittere, & in hoc casu corrigere. l. Iuliam, & Papiam,* Et quidem *l. quæret. 135. ff. de verborum signif.* animaduertimus † illud Vlpianum facere. Non puto tamen idem iudici in simili casu permittendum esse, quod illa auctoritate responsa publice dandi, quam Vlpianus & alii habuerunt, careat, *§. responsa. Inst. de iure natur. gent. & ciuili. l. 1. & toto titulo. Codic. de liberis & posthumis hered. Inst. item l. posthumi. ff. de iniusto rupto & irrito facto testamento.* Quidam posthumus præteritus viuo testatore natus decessit, quæritur an illud testamentum, quod solemniter confectum & signatum erat, per agnationem ruptum iudex ex æquo & bono tueri ante constitutionem Diui Adriani, de qua *l. posthumus 12. eod. tit.* fit mentio, potuerit, & statuo non potuisse, quod ipsius non sit, leges etiam in certo casu abrogare. *l. leges. C. de leg.* 3

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Quapropter iustum quidem est, & præstabilius aliquo iusto, non tamen simpliciter iusto, sed eo, quod peccat, propterea quod simpliciter dictũ est. Atq; hæc est natura ipsius æqui & boni, emendatio legis ex ea parte, qua deficit ob vniuersale.	διὸ δίκαιον μὲν ἐστι, καὶ βέλτιόν τινος δικαίου· οὐ τοῦ ἁπλῶς δὲ ἀλλὰ τοῦ διὰ τὸ ἁπλῶς ἁμαρτήματος. καὶ ἔστιν αὕτη ἡ φύσις ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς, ἐπανόρθωμα νόμου ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου.	*Itaq; cum æquum bonum ius sit, tum quodam iure melius est, non eo, quod absolute ius est, sed eo peccato, quod ex simplici & generali sermone natum est. Deniq; hæc æqui boni vis ac natura est, vt legis correctio sit, qua aliquid ei deest, propterea quod generaliter loquitur.*

ratio ex circumstantiis suadeat, intelligo tamen circumstantias iure nostro probatas, quas certo modo persecutus sum. *7. cap. 8. huius libri.* His igitur in casibus præsidio æqui & boni subuenitur, & occurritur illis incommodis, quæ ex pleniori sermone secundum mentem non intellecto, 35
manare possent. Hæc eadem, traditio Aristotelis etiam intelligi † potest de interpretatione, quæ vi rationis, quæ subaudiri vel coniectura colligi debet, fieri solet. Exempli causa *l. quamuis C. de fideicom.* mater cum marito quædam prælegasset & filios heredes instituisset, petiit a patre, vt eosdem filios emanciparet, de restituenda hereditate nulla mentio facta est, tamen quandoquidem præsumtio est emancipationis petitionem eo pertinuisse, illud etiam rogasse censenda est, eodem spectat *l. mater & l. duos ff. de condit. & demonst. l. cum auus l. Titio centum. §. Titio genero meo ff. de cōdit. & demonst. l. cum acutissim. C. de fideicom.* vbi tacita ratio in corrigenda & declaranda dispositione tantum ualet, quantum superiori capite rationem expressam ualere statuimus. Et hæc ultima emendatio iudici mentem ex ratione ponderanti, meo iudicio semper permissa est.

Translatio Argyropili.	Textus græcus.	Translatio Zuuingeri.
Hæc enim est caussa, & ut omnia non sint lege, quia de quibusdam impossibile est ponere legem. Quare decreto opus est.	τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ μὴ πάντα κατὰ νόμον εἶναι, ὅτι περὶ ἐνίων ἀδύνατον θέσθαι νόμον, ὥστε ψηφίσματος δεῖ.	*Hæc enim caussa est, cur non omnia lege sint cōprehensa, quod de quibusdam lex ferri non potest, plebiscito igitur opus est.*

Hæc enim caussa est.) Repetit hoc loco Aristoteles, quod superius secundo inculcauerat non omnia lege comprehendi, quod de quibusdā lex ferri non possit. Addit a. ꝓpterea, plebiscito opus esse, innuere volens, ꝙ si primus legislator quædam omiserit, illud alia sanctione posse suppleri, etiamsi minor † solemnitas aut auctoritas interuenerit, quemadmodum 36
leges, quas populus Romanus senatorio magistratu interrogante constituebat, fieri postea cœperunt ꝑ plebiscita, senatusconsulta, magistratuum edicta, responsa prudentum, & deniq; per constitutiones ipsorum Imperatorū institutis de iure naturali, gentium & ciuili, *§. lex. cum ceteris §. seqq.* Et profecto leges hoc modo non potuerunt suppleri solum, *vt l. 1. & tot. tit. C. de iure emphyt.* sed quod durius in iisdē occurreret, antiquari, *vt §. sed*

*hac vetustas Instit.de hered.qua ab intest.defer.authent. ingressi. c.de sacros.eccles.*aut hoc ius porrectũ.*eod.tit.authent.hoc si debitor.C od.de pignor.authent. præsente.C.de fideiussor.authent.hoc ita.C.de duobus reis stip.cum simillib.*

Translatio Argyropili.

Indefinita namq; rei indefinita & regula est, sicut & ædificationis Lesbia plumbea norma. Ad lapidis enim figuram mutatur, & non manet, & decretum ad res ipsas simili modo.

Textus græcus.

τοῦ γὰρ ἀορίστου, ἀόριστος καὶ ὁ κανών ἐστιν, ὥσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος κανών· πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται καὶ οὐ μένει ὁ κανών· καὶ τὸ ψήφισμα πρὸς τὰ πράγματα.

Translatio Zuuingeri.

Rei enim non definitæ infinita quoq; regula est, vt & structuræ Lesbiæ regula plumbea est. Nam ad lapidis figuram torquetur & inflectitur, neq; regula eadem manet, sic & populi scitum ad res quotidianas accõmodari & transferri solet.

Indefinita namq; rei.) Cum in legibus condendis duorum alterũ ne-
37 cessarium sit, vt aut † leges rebus accõmodentur, aut res legib. quarũ rati-
38 onum primam secutus est Solon, vltimã † Lycurgus, dũ Spartiatas omnes
39 legib. ex præscripto assuefacit, & prior ratio tum humanior, † tũ securior ẽt videatur, euenit, vt multa intacta fuerint relicta, vel ex obliquo solum signata, vt si tempus & locus postulasset, tunc demum sub legib. comprehenderentur, quod ipsum in structuræ Lesbiæ regula euenire tradit Aristoteles, quæ cum plumbea sit, ad lapidis figuram torqueatur & inflecta-
40 tur. Etenim † oportet tranquillitati reipublicæ, cõsulentẽ multa simulare inuitũ, & dissimulare cum dolore, quod tempori pro certo interuallo cedendum sit. Vnde ẽt prouerbium, ꝙ inter arma silẽt leges, hinc innumera illa priuilegia, quæ militantib. data sunt, *vt l.1. & tot.tit ff.de militar.test. l.1.C.de iuris & facti ignorantia. tot.tit.de priuilegiis illorum qui in sacris Palatiis militant.lib.*1. Quibus respondent egregia illa monita diui Augustini
41 *c.non põt.23.q.4.*q negat, *salubrẽ † illam disciplinã esse, cũ ille corripitur, q multitudinẽ habet sociã, aut si cõtagio peccãdi multitudinẽ inuaserit, cõsilia n. separationis inania, pniciosa & sacrilega esse, qa impia & supba, q̃ plus turbet infirmos bonos, q̃ animosos malos,* itaq; exspectandã occasionẽ, quoad flagello aliquo diui-

diuinitus illato, libera concione, quis populum erroris admonere possit, & ita ad sanitatem reuocare. Hunc pertinet, *cap. forte. c. tres, c. quantus, c. quidam vero, ibidem c. nolite credere. 2. quaest. 3. item cap. fin. extra. de transact. l. penult. ff. ad l. Cornel. de sicariis, l. si quis filio. ff. de iniusto rupto & irrito facto testamento.*

Translatio Argyropili.

Patet igitur quid est aequum & bonum & esse iustum, & quo iusto praestabilius est. Ex quo etiam emergit, quisnam sit homo bonus, & aequus. Est enim is, qui talia eligit, atque agit, & qui non exacte iustum in deteriorem exsequitur partem, sed imminuit, tametsi legem adiutricem ad illud habet.

Textus graecus.

τί μὲν οὖν ἐστι τὸ ἐπιεικὲς, καὶ τί τὸ δίκαιον, καὶ τίνος βέλτιον δικαίου δῆλον. φανερὸν δ' ἐκ τούτου καὶ ὁ ἐπιεικὴς τίς ἐστιν. ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς, καὶ πρακτικὸς, καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἀλλ' ἐλαττωτικὸς, καίπερ. ἔχων τὸν νόμον βοηθὸν, ἐπιεικής ἐστι.

Translatio Zuuingeri.

Quid sit igitur aequum bonum, quid ius, quo denique iure, melius sit aequum bonum, ex his perspicuum est. Ex hoc autem etiam apparet, quis sit vir aequus & bonus. Nam qui consilium huiusmodi coepit, vt haec sequatur, quique ad ea ipsa agenda aptus est, & qui non est iuris interpres in sua caussa durior, neque in deteriorem partem propensus, atque implicatus, sed de suo iure concedit potius, etiamsi legis auxilio niti possit, is est aequus bonus.

Patet igitur quid est aequum.) Summa collectio est Aristotelis ex his, quae dicta sunt, apparere, quid sit ius, quid sit aequum & bonum, & quo iure melius sit, & consequenter etiam constare, † quis sit vir aequus & bonus, cum scilicet, qui consilia capit, vt haec ipsa sequatur, & ad ea ipsa agenda sit aptus, & qui de iure suo potius concedit, etiamsi legis auxilio niti possit. Exempli gratia. Demarathus Corinthius cum vi- 24

cina morte laboraret, & nesciret vxorem vterum ferre Lucumonem filium, qui & Tarquinius postea nominatus est, heredem instituit. Nascitur posthumus Egerius.

43 Porro ea tempestate † posthumi per silentium omissi, non rumpebant paternum testamentum: hincque factum est, vt nullam paternorum bonorum partem, aut exiguam admodum assecutus sit Egerius, cui a re nomen fuit, si Tarquinius nedum fratris, sed & viri boni atque æqui nomen, & officium tueri voluisset, hereditatem paternam, in æquales partes distribuendo, quantum sibi tantum fratri contulisset. Exstant autem contraria, illaque egregia, facta bonorum atque æquorũ virorum, qui repudiatis huiusmodi testamentis, filiis sine iusta caussa exheredatis, vel præteritis bonis paternis cesserint, cum tamen ipsi heredes essent instituti, & summo iure se defendere possent, vt videre licet, apud Valerium Maximum. *titul. de testamentis quæ rata manserunt.*

Translatio Argyropili.	Textus Græcus.	Translatio Zuuingeri.
Et habitus hic æquitas & bonitas est, quæ quidem iustitia quædã, & non alius quisquã habitus est.	καὶ ἡ ἕξις αὕτη, ἐπιείκεια, δικαιοσύνη τις οὖσα, καὶ οὐχ ἑτέρα τις ἕξις.	*Et hic habitus æquitas appellatur, quæ iustitia quædam est, non alius quidam habitus.*

44 *Et habitus hic æquitas.)* Concludit Aristoteles habitum, qui ex administratione æqui & boni nascatur, esse nihilominus † iustitiam, & non alium quendam habitum. Iustitiam scilicet, quæ vi sua appellatione complectatur iustitiam, in specie, id est, legem scriptam cum ratione congruentem, vel denique rationem ipsam legi insertam, latius aut strictius patentem, quam verba legis, item, æquum & bonum, quod suppleat ea, quæ legi desunt, vel plebiscito, aut alia conueniente forma corrigat, quod absurdi aut iniusti ex generali sermone oriri poterat.

Neque

Neque mouet, quod alia viri boni & æqui, † quam iuris videantur esse officia. Si enim æquum & bonum in specie cum iure, aut iustitia in specie comparemus, vera erunt, quæ illata sunt: Sin autem genus ipsum intueamur, quod de omni specie prædicatur, non idem obtinebit. 45

Eadem obseruatio etiam refellit aliud argumentum, quod supra propositum est, æquum enim & bonum melius est, non ipso iure, † sed peccato, *vt ait Aristoteles*, quod ex fusiori sermone legis contractum erat, quod strictum, vel summum ius † nostri appellare solent. Inde elegans illa definitio, & cum responso Aristotelis plane consentiens, *l. placuit. C. de iudiciis.* Placuit in omnibus quidem, maxime in iudiciis, maiorem esse humanitatis, atque æquitatis, quam stricti iuris rationem. 46 47

F I N I S.

